# STUDIEN

ZUR

# GRIECHISCHEN UND LATEINISCHEN GRAMMATIK

HERAUSGEGEBEN

VON

GEORG CURTIUS.



*SECHSTER BAND.*

LEIPZIG

VERLAG VON S. HIRZEL.

1873.

# INHALT.

Seite

THEODORUS FORSSMANN De infinitivi temporum usu Thucydideo . . . 1
G. CURTIUS Ἴσμαρος . . . 84
ADOLFUS FRITSCH De vocalium Graecarum hyphaeresi . . . 85
BERNHARDUS MANGOLD De diectasi Homerica imprimis verborum in -αω . . . 139
G. CURTIUS Die Lautgruppe *sn* . . . 214
JULIUS JOLLY Ueber die einfachste Form der Hypotaxis im Indogermanischen . . . 215
GUSTAV MEYER Zur griechischen Nominalcomposition . . . 247
G. CURTIUS
- Ein Fall der Analogie im Lateinischen . . . 262
- Der doppelte Stamm ἐρυ . . . 263

BERICHTIGUNGEN . . . 276
A. RICHARDUS FRITZSCHE Quaestiones de reduplicatione Graeca 277
EMIL WOERNER ἀνόπαια . . . 347
G. CURTIUS ὕξον . . . 372
GUSTAV MEYER Zur griechischen Nominalcomposition (Forts.) 373
BERNHARD MANGOLD δῆμος . . . 401
G. CURTIUS ἱκνέομαι . . . 414
Miscellen.
1) *med ted sed* . . . 417
2) φίλος . . . 425
3) ἀνδριάς . . . 434

# DE

# INFINITIVI TEMPORUM USU THUCYDIDEO.

---

SCRIPSIT

**THEODORUS FORSSMANN,**

ARCHANGELOPOLITES.

## § 1. QUI FACTUM SIT, UT INFINITIVUS AORISTI NOTIONEM PRAETERITI NON CONTINERET.

Aoristi formam si quis cum imperfecto ex ipsa verbi radice deducto contulerit, nihil inveniet quod differat inter illius formationem et hujus figurationem (cf. ἔφη et ἔστην). Cum vero lingua graeca saepissime thema praesentis a pura verbi radice ita distinxisset, ut illud variis sonorum incrementis augeret (cf. Curtius Tempora u. Modi pag. 67), temporis progressu evenit, ut magno discrimine separaretur stirps praesentis temporis a themate aoristi. Qua differentia usi homines graeci duo actionis genera significare consueverunt: praesente actionem vel conditionem durantem vel factum iterum iterumque repetitum, aoristo actionem absolutam, quam mihi liceat momentaneam nominare. Ubi vero praesens et imperfectum ab ipsa radice verbi procreata erant, ita ut aoristus primigenius — aoristus II — plane in eandem formam abiturus esset, quae in imperfecto reperiebatur, Graeci novum aoristum — illum qui primus a grammaticis vocatur — effinxerunt vel alio quodam modo aoristum ab imperfecto distinxerunt (cf. ἔτραπον et ἔτρεπον. Curtius l. l. pag. 149).

Atque in aoristi vi et usu explicandis non abs re puto esse, si ab ea definitione proficiscimur, quam protulit Pfuhlius in libello qui inscribitur „Ueber die Bedeutung des Aoristus" (Dresdae 1867.)

Optime quidem vir doctus quid proprium sit aoristi his verbis significat (§ 5. 1): „Der Aorist besagt, dass die Verbalthätigkeit ohne Entwicklung gedacht werden soll," sed vereor ne idem vir, ubi aoristos in duo genera dispertit, fallatur. Sic enim pergit: „Manche Handlungen dauern so kurze Zeit, dass sie im Augenblick vollzogen sind und dass hiernach eine eigentliche Entwicklung nicht stattfindet. Wir nennen dieselben momentane Verbalthätigkeiten; z. B. βαλεῖν, „einen Wurf thun." Bei andern Verbis, bei denen der Begriff der Entwicklung sich geltend macht, wird die Thätigkeit von der Vorstellung unter Umständen gleichsam zusammengedrängt (auf einen bestimmten Fall bezogen u. s. w.). Diese nennen wir concentrirte Verbalthätigkeit; z. B. ἐρωτῆσαι, „einmal das Fragen abmachen." Iste est error, quem jam Buttmannus (Griech. Gr. ed. vicesimae pag. 410) jure respuit et Curtius nuper in libri sui grammatici explanationibus (ed. secundae pag. 173) repulit: errorem dico, quo captus Pfuhlius aoristi vim in eo positam putat esse, quod actionem vere temporis puncto perfectam significet. At bene Curtius l. l. monuit cavendum esse, ne id quod inter ποιεῖν et ποιῆσαι, νικᾶν et νικῆσαι, ἔβαλλε et ἔβαλε intercedat discrimen, virgulae quasi horologicae motione metiamur: nam et imperfecto brevissima actio indicari potest, dummodo scriptor rerum progressum delineare, rem quo modo fiat lectoribus ante oculos ponere et quasi depingere velit, et aoristo etiam res longe durans narratur, si dicentis animus in uno actionis aut initio aut exitu significando occupatus est. Non igitur eam dico actionem momentaneam, cujus initium, progressus, finis uno momento comprehenduntur, quae Pfuhlii est interpretatio hujus nominis (§ 3 a); immo vero et ea verba, quae ab illo secundo loco proferuntur, momentanea mihi videntur esse.

Dixi de diversa aoristi et praesentis vi; jam de alia utriusque temporis discrepantia agendum est. Quodsi respexeris, quot tempora quotque modi ex utraque stirpe procreata sint, ad λαμβαν septem pertinere invenies:

1) indicativum, 2) conjunct., 3) optat., 4) imperat., 5) part., 6) infin., 7) praeterit. (imperfectum),

e *λαβ* vero sex emanasse:

1) conjunct., 2) optat., 3) imperat., 4) part., 5) infin., 6) praeterit. (indic. aor.).

Deest igitur aoristo simplex indicativus, sine augmento formatus, cui Ahrensius primario nomen dedit, neque difficile est causam hujus rei investigare: nam si primarium illud formatum esset, Graecis esset actionis momentaneae tempus praesens, a quo ipsa natura hujus actionis prorsus abhorret. Quae ut pluribus exponam, liceat mihi recentiorum linguarum usum cum sermone graeco conferre, dico linguas slavicas, quas Pfuhlius optimo jure ad aoristi usum explicandum adhibuit, cum hac in re insignem similitudinem graecae linguae prae se ferant. Nam et slavici homines rem diutius durantem vel saepius repetitam vel inchoatam quaeque tarde procedit, ab ea, quam momentaneam dicimus, discernunt, ita quidem ut suam cuique stirpem tribuant aut composita verba pro novis thematis usurpent; sed in eo maxime a Graecorum consuetudine deflectunt, quod a quovis verbo primarium declinant. Exstant igitur in illis linguis primaria verborum momentaneorum, sed eadem numquam ad rem praesentem referuntur, semper ad futurum spectant. Nimirum, cum res praesentes semper longius durantes animo nobis fingamus, verba momentanea ad praesentia exprimenda non apta sunt ideoque necesse est, ut aut ad praeterita aut ad futura referantur. Atqui, quia praeteritum momentaneum certis formis satis indicatum erat, scilicet aoristi indicativo a Graecis, perfectivis quae vocantur praeteritis a Slavonibus, primaria illa futuri tantum vice fungi poterant et ita quidem, ut rem aliquam momentaneam futuram indicarent.[1]) Quid sentiam, docebo exemplo e Russorum lingua petito. A radice d a (dare) duo sunt themata profecta, quorum ex altero deducta

[1]) Prorsus eundem usum loquendi Gothorum fuisse proprium Jacobus Grimm ostendit: Deutsche Gramm. IV pag. 176 sqq.

sunt praesens *dajú* et imperfectum *daváľ*, graece *δίδωμι* et *ἐδίδουν*, ex altero praeteritum perfectivum *daľ*, *ἔδωκα*, et primarium *dam*. Sed valde errares, si illud *dam* re vera praesens putares esse: est enim futurum et idem valet quod graecum *δώσω* vel potius *μέλλω δοῦναι*. Futurum autem actionis durantis verbis auxiliariis cum infinitivo conjunctis exprimitur: *búdu davát'*, ich werde geben. Unde apparet, primaria a Slavonibus servata esse, ut futura momentanea a futuris actionum durantium distinguerentur, a Graecis abjecta esse, propterea quod in rebus futuris varia actionum genera non curabant. Atque ne haec ex alius sermonis indiciis temere collegisse videar, ex ipso Graecorum sermone afferam ejusmodi primaria, quae in futuri loco ponuntur. Quonam, quaeso, pacto explicaveris *ἔδομαι* et *πίομαι*, nisi statuas primaria esse, derivata e radicibus *ἐδ* et *πι*, quarum praesentia ab auctis thematis *ἐσϑ* et *πιν* declinantur?

Ex iis, quae diximus, satis manifestum est, quae ratio inter aoristi indicativum ejusdemque modos intercedat. Et primum quidem, cum aoristi stirps actionem momentaneam in universum significet, luce clarius est, praeteriti vim solo augmento indicari: ut imperfectum *ἐλάμβανον* a stirpe *λαμβαν*, *ἔλυον* a *λυ* originem duxit, ita *ἔλαβον* aoristus a themate *λαβ*, *ἔλυσα* a *λυσα*. Tum, quod jam in priore ratiocinatione latet, bene tenendum est, omnes aoristi formas, quibus deest augmentum, i. e. omnes praeter indicativum, carere significatione praeteriti. Etenim si quis concesserit, modos non ex praeterito, sed e themate velut omnium formarum communi fonte fluxisse, pari modo concedendum est, modos aoristi non amisisse augmentum, sed numquam habuisse.

## § 2. UNDE FACTUM SIT, UT AORISTI INFINITIVUS TEMPORIS PRAETERITI NOTIONEM HABERET.

At dixerit quispiam esse aliud genus loquendi, in quo modi aoristi ad rem praeteritam spectent, sicut: *τότε ἐγνώσϑη, ὅτι οἱ βάρβαροι τὸν ἄνϑρωπον ὑποπέμψαιεν* (Xen.

Anab. II, 4, 22) vel: *τὸν ἕτερον λαβὼν ἄπει, ἵν' ἔλθῃς μὴ μάτην* (Aristoph. Ran. 1415) vel: *λέγουσι δέ τινες καὶ ἑκούσιον φαρμάκῳ ἀποθανεῖν αὐτὸν* (Thuc. I, 138, 5). Neque possum infitias ire, verbis *ὑποπέμψαιεν, ἔλθῃς, ἀποθανεῖν* facta praeterita indicari; nihilominus quae supra de aoristo ejusque modis disputavi, vere dicta esse persuasum habeo. Unde autem fiat, ut modi, quamvis augmento careant, tamen notione praeteriti instructi sint, optime exposuit Curtius (Tempora und Modi pag. 238 sqq.), cum sic ratiocinatur: „Indem sich neben dem einfachen Aorist (*ἔλαβον*) und den einfachen Modis vom reinen Stamm (*λάβοιμι*) mit der Zeit der zusammengesetzte und die zusammengesetzten Modi (*ἔτυψαν, τύψαιμι*) bildeten, indem sich hierfür eine dreifache Analogie im Activ, Medium und Passiv herausstellte, änderte sich offenbar das Bewusstsein der Sprache selbst. Der Sprachgeist vermochte es trotz des fehlenden Augmentes *λάβοιμι* mit *ἔλαβον, τύψαιμι* mit *ἔτυψα, τυπείην* mit *ἐτύπην* zu verbinden.“

Maximi vero momenti ad hunc usum excolendum et divulgandum fuit genus illud orationis obliquae, ex quo infinitivus vim verbi finiti ascivit, dico accusativum cum infinitivo. Cum autem de hujus structurae origine disputare a nostra quaestione alienum sit[2]), hoc tantum moneo, accusativum cum infinitivo secundariam esse structuram, quae e simplicis infinitivi usu manavit, simulque addo, me notionem illius nominis angustioribus quam vulgo fit limitibus definire. Jam Kuehnerus (Gramm. ampl. ed. novae § 475, 3) docet distinguendam esse eam quae vere accusativi cum infinitivo constructio est ab illa, quae videtur esse: „Von der erwähnten Construction des Acc. mit dem Inf., in welcher der Accusativ das Object eines transitiven Verbs bildet und

---

[2]) Omnia, quae de hac constructione a viris doctis prolata sunt, una cum exemplis Homericis examinaverunt et in unum locum congesserunt Carolus Albrecht De accusativi c. inf. conjuncti origine et usu Homerico Stud. Vol. IV et Curtius Henricus Fleischer De primordiis graeci accusativi c. inf. ac peculiari ejus usu Homerico (L. 1870).

der Infinitiv als ergänzendes Object hinzutritt, als ἐποτρύνω σε μάχεσθαι, πρόθυμον εἶναι, ist wohl zu unterscheiden die Construction des eigentlich sogenannten Accusativi c. Infinitivo.“ Sed, quod valde dolendum est, proxima quae sequitur paragrapho omnia miscuit. Et verisimile quidem puto, constructionem, quae re vera est accusativus cum infinitivo, ortam esse ex ea, quae speciem solam accusativi cum inf. prae se fert, sed in illa hoc potissimum novi accedit, quod infinitivus, qui nihil aliud erat quam nuda verbi notio vel substantivum verbale, jam plena enuntiationis vi, quae inest verbo finito, ornatur. Quam ob rem quoniam in accusativi cum inf. structura infinitivus tempus indicativi, cujus instar positus est, indicat, hac nota genuinus accusativus c. inf., vel nominativus cum inf., qui sub idem genus cadit, ab adulterino, ut ita dicam, optime internoscitur. Nam in simplici infinitivo, etsi cum accusativo conjungitur, gradus temporis vel temporum consecutio non curatur, ut δυνατὸς πρᾶξαι (Thuc. I, 128, 5) et δυνατὸς λέγειν καὶ πράσσειν (I, 139, 4); κἂν τούτῳ οὐδὲ καταλύεσθαι ἔτι καλὸν (I, 81, 2) et οὐ μετασχεῖν καλὸν (VIII, 2, 1); ξύμμαχόν τε οὐδένα βουλόμενοι ἔχειν — οὔτε παρακαλοῦντες αἰσχύνεσθαι (I, 37, 2) et βούλομαι δηλῶσαι (I, 73, 1); προὔταξε θεῖν (VI, 100, 1) et κομίσαι (VII, 29, 1); ἀφικνεῖται — ὁ Παυσανίας sc. — ἐς Ἑλλήσποντον τὰ πρὸς βασιλέα πράγματα πράσσειν, ut negotia cum rege transigeret (I, 128, 2), et Ἀστυόχῳ παραδοῦναι τὰς ναῦς ξυμπλέων, ut traderet classem (VIII, 29, 2); Ἀλκιβιάδης ἐδίδασκε — τοὺς Λακεδαιμονίους sc. — τὴν Δεκέλειαν τειχίζειν (VII, 18, 2) et οἱ Χαλκιδέων πρέσβεις ἐδίδασκον αὐτὸν μὴ ὑπεξελεῖν τῷ Περδίκκᾳ τὰ δεινὰ (IV, 83, 2). In accusativo cum inf. contra temporis rationem, quae inter actiones sententiae primariae et secundariae intercedat, semper significari manifestius est quam ut probandum sit exemplis.

Quodsi summam eorum, quae de infinitivo aoristi disputavimus, paucis comprehendere volumus, sic erit statuendum: primo infinitivum aoristi, cum augmento careret, non esse praeteriti temporis proprium, sed nudam facti momen-

tanei notionem continere, deinde ubi in accusativi cum infinitivo structura indicativi vices susceperit, praeterito tempori adstrictum esse. Pervenimus igitur ad eundem finem, quem Madvigius (l. l. pag. 33) consecutus est, nisi quod nobis aoristi infinitivi usus, quem in accusativo cum inf. reperimus, recentior videtur esse.

## § 3. DE RELIQUORUM INFINITIVORUM VI ET DE *ἄν* PARTICULA INFINITIVO ADJECTA IN UNIVERSUM AGITUR.

De aoristi infinitivo cum satis disputatum esse videatur, pergamus ad reliquorum usum. Praesentis infinitivo actionem durantem exprimi, ut *βούλομαι παραβαίνειν*, *δυνάμεθα ἄρχειν* jam supra ostendimus, neque minus liquet, eundem in oratione obliqua, i. e. in accusativo cum inf. post verba putandi, dicendi, sentiendi, tanquam indicativi vicarium praesens indicare tempus: *ἔγωγε ἀγαπᾶν οἴομαι αὐτοὺς ὅτι οὐχ ἡμεῖς ἐπ' ἐκείνους ἐρχόμεθα* (Thuc. VI, 36, 3). Praeterea vero bene animo tenendum est, praesentis infinitivum imperfecti quoque vice in accusativo cum infinitivo fungi. Nam cum e themate praesentis duo deducti essent indicativi, praesens et imperfectum, infinitivus autem unus, necesse erat infinitivum pro utroque indicativo, prout sententia postularet, usurpari: I, 25, 3 *νομίζοντες οὐχ ἧσσον ἑαυτῶν εἶναι τὴν ἀποικίαν ἢ Κερκυραίων*. IV, 21, 1 *οἱ μὲν οὖν Λακεδαιμόνιοι τοσαῦτα εἶπον, νομίζοντες τοὺς Ἀθηναίους ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ σπονδῶν μὲν ἐπιθυμεῖν, σφῶν δὲ ἐναντιουμένων κωλύεσθαι*, ubi aoristus non habet locum, quia de condicione durante in praeterito agitur. Similiter optativus praesentis in oratione obliqua et praesentis et imperfecti vices suscipit (cf. Madvig. l. l. pag. 15), participium pro utroque tempore ponitur, participio una cum *ἄν* particula non solum optativus praesentis cum *ἄν* consociatus, sed etiam imperfectum cum eadem vocula conjunctum redditur.

Perfecti graeci indicativum inter omnes constat rem

significare perfectam, e qua manet condicio aliqua etiamnunc continuata et durans: ἕστηκα constiti ideoque sto, τέθνηκε mortem obiit, nunc mortuus est, οἶδα vidi et novi. Sic Buttmannus, Matthiae, Rostius, Curtius, Madvigius, omnes vere grammatici; qui vero spernit hanc definitionem, Kruegerus, aoristi et perfecti usum confundit (cf. Griech. Sprachl. § 56, 10). In perfecti formam et notam, quam ἀναδιπλασιασμὸν grammatici graeci vocant, diligenter inquirere non est hujus disputationis: nam cum hoc potissimum spectem, ut usum infinitivi explicem, satis habeo commemorare, perfecti infinitivum non indicare rem ante factam, sed statum aliquem eo tempore de quo agitur perfectum, ita ut prope accedat ad infinitivum praesentis: cf. ἀξιοῦσι γεγενῆσθαι ἄριστοι (Thuc. IV, 90, 2) et ἀξιούμενοι μαχιμώτατοι εἶναι (II, 81, 3.) Quare in exemplis colligendis tempora praesentia et perfecta promiscue enumeravi et forma sola distinxi, ita ut εἰδέναι (V, 21, 2) perfectum esse statuerem.

Futurum e compositione radicum *as* (esse) et *ja* (ire) ortum esse verisimillimum est (cf. Schleicher, Compendium ed. tertiae § 298. Curtius, Erläuterungen ed. secundae pag. 99); maxime autem cavendum, ne hoc tempus e conjunctivo aoristi manasse putemus. Sunt enim argumenta, quae nos impediunt, quominus hanc Hermanni ἐτυμολογίαν, quam Pfuhlius (§ 6. 5) tueri conatur, probemus: primum doricae futuri formae in -σίω desinentes, ut πραξίω, βοαθησίω (cf. Ahrens de dial. dorica pag. 210), tum usus futuri. Nam si e conjunctivo aoristi originem duxisset, sequeretur, ut semper actionem momentaneam indicaret; at de utroque actionum genere promiscue usurpatur. Quodsi Pfuhlius e Sorborum lingua demonstrare studet, e momentaneo, ut ita dicam, futuro evadere futurum actionis durantis, inani utitur argumento; nam non ex ipsius linguae natura et indole ortus est perversus hic usus, sed ex imitatione linguae Germanicae, in qua futurum promiscue pro utroque actionis genere in usu est.

Futurum inter omnes constat indicare rem quae est

evasura, tum momentaneam, tum durantem vel saepius repetitam. Infinitivus futuri, qui ut indicativus tempori certo adstrictus est, in accusativo cum inf. locum habet, in simplicis infinitivi structura ferri nequit. Nam simplex infinitivus, cum naturam substantivi verbalis servet, nudam verbi notionem exprimit, sive propositum, quo quis tendit, indicat, sive subjecti aut casus obliqui locum tenet (*βούλομαι ποιεῖν*, *ἀδύνατον πολεμῆσαι*), ab omni autem temporum consecutione significanda prorsus alienus est. Itaque ut in substantivis verbalibus verbalem aliquam vim inesse concedendum est, temporis notatio neganda; ita in infinitivis, qui illis substantivis cognati sunt, nihil invenies, quo certus temporis gradus significetur. In accusativo vel nominativo cum inf. contra futurum necessarium esse, ubi res futura narratur, nemo est quin videat: *ἐλπίζοντες ῥᾳδίως αἱρήσειν* (Thuc. IV, 8, 3).

Eodem modo *ἄν* particula infinitivo addita explicanda est; nam haec quoque infinitivi structura ubique est orationis obliquae. Qua de re aliter sentire Herbstium, virum de Thucydide explicando optime meritum, haud ignoro, sed quamquam ejus judicium permagni aestimo, tamen assentiri ei non possum. Herbstius[3]) aoristum cum *ἄν* vocula consociatum tractat eosque potissimum locos persequitur, ubi haec structura una cum simplici futuro occurrit, ut Thuc. I, 127, II, 64, alios ejusmodi locos. Quibus examinatis, hanc disputationis summam proponit: 1) aoristum cum *ἄν* haud minus quam ipsum futurum indicare rem futuram; 2) qui incorrupte atque integre judicet, ei concedendum esse, nihil condicionis sumptionisve *ἄν* particula significari; 3) aoristum cum *ἄν* spectare ad rem semel eventuram, quae futuro tempore una actione perfectum et absolutum iri dicitur, futurum contra tam angustis limitibus non esse circumscriptum. Quae ut probet, vir doctus exempla affert, qualia sunt apud

---

[3]) In libello qui inscribitur „Ueber *ἄν* beim Futur im Thucydides.“ (Hamburg, 1867) pag. 14 sqq.

Thucydidem I, 127, 4 παθεῖν ἂν — οἴσειν, II, 64, 4 μέμψαιτ' ἂν — ζηλώσει — φθονήσει, V, 108 ἂν ἐγχωρίσασθαι — νομιεῖν, VI, 50, 1 ἂν οὐ δέξασθαι — παρέξειν; tum exponit, quid intersit inter actionem momentaneam et durantem; denique, quod maximi est momenti, ex iis quae attulit propositis hanc conclusionem confecit (pag. 16): „Es ist klar, dass wenn unter der einen oder der andern jener Veranlassungen die Rede nothwendig einen Aorist mit ἂν erforderte, das ἂν in diesen Fällen für den Gedanken nicht zugleich noch eine andere Wirkung haben kann als einzig die, die Handlung der Zukunft zuzuweisen. Es kann also in solchem Aorist mit ἂν schon deshalb nicht zugleich, wie man vielfach gewollt hat, eine an eine verschwiegene Bedingung geknüpfte Möglichkeit oder ein zweifelndes Urtheil enthalten sein. Auch lassen, scheint mir, deutliche Stellen solche Auffassung der fraglichen Redeweise nicht zu. In dem Munde der Messenier ζ 50, 2: ἀπεκρίναντο πόλει μὲν ἂν οὐ δέξασθαι, kann nur eine bestimmte Antwort passen, und für den Kleon wird man auch in γ 38, 3 nicht gerade mildernde Bescheidenheit suchen wollen. Ebenso, sollte man glauben, müssten α 127, 2—4 die Correlative τοσοῦτον — ὅσον, wenn das eine, auch das andere denselben geraden Ausdruck nach sich ziehen.“ Sed vereor, ne infirmiore fundamento Herbstius nitatur. Ac primum quidem res est in nullam dubitationem vocata, nudum quoque aoristum posse referri ad actionem futuram momentaneam.[4]) Quid est igitur causae, cur ἂν infinitivo addatur? Nonne superfluum est? At Herbstius (pag. 17) contendit, nudum aoristum pro futuro usurpari, ubi notio futuri jam satis indicata est, ut infinitivus perverse intellegi nequeat, scilicet post verba et formulas, quae suapte natura ad rem futuram spectent (ut εὐέλπιδες ὄντες, διάνοια ἦν, λογίζεσθαι), aut ubi aoristum jam praecesserit futurum. Sed ἐλπίζειν haud minus quam illud εὐέλπιδες ὄντες ad rem futuram spectat, nihilo autem minus licet aoristum una cum

---

[4]) cf. Herbst: Ueber Cobet's Emendationen im Thucydides pag. 16.

ei adjungi (Thuc. I, 127, 2. II, 20, 1. II, 53, 3. III, 30, 2. 39, 1. VII, 61, 2. VIII, 71, 2) et simplicem aoristum di, nullo futuro praecedente (IV, 13, 1. IV, 24, 3. IV, , 1. VII, 21, 2). Itaque regula, qua Herbstius infinitivi risti et ejusdem formae cum ἄν conjunctae usum definire adet, nullo pacto probatur. Deinde, quae de aoristi et turi discrimine disseruit, parum mihi videntur valere. Nemo im infitias ibit aoristum rem, ut nos dicimus, momentaneam einen einzelnen sich abschliessenden Act", ut ipsius verbis ar) indicare, futuri usum non ita circumcisum esse, sed ex c ipso patet, futurum quoque posse actionem momentaneam gnificare, id quod Herbstius ipse concedit (pag. 15) et in-per exemplis probat (pag. 20). Nonne autem veri dissi-llimum est, Graecos, qui in oratione recta indicativo futuri o utroque actionis genere uterentur, ubi infinitivum in atione obliqua usurparent, aoristo et particula ἄν rem omentaneam a durante distinxisse?

At vide quanto rectius res procedat, si infinitivum cum sociatum ex oratione recta in obliquam translatum posu-imus. In ipsius Thucydidis libris non inveni locum, ubi erba alicujus hominis prius per orationem rectam, tum per liquam referuntur; sed in Homeri carminibus repperi emplum idque eo majoris auctoritatis, quod omnis alia articulae ἄν cum infinitivo conjunctio ab Homeri consue-dine aliena est.[5]) Il. IX, 417 Homerus Achillem legatis ab gamemnone missis haec respondentem facit:

> καὶ δ' ἂν τοῖς ἄλλοισιν ἐγὼ παραμυθήσαιμι
> οἴκαδ' ἀποπλείειν,

rsu 684 Ulixem Achillis verba sic Agamemnoni referentem igit:

> καὶ δ' ἂν τοῖς ἄλλοισιν ἔφη παραμυθήσασθαι
> οἴκαδ' ἀποπλείειν,

ni nemo ἄν propterea additum esse putaverit, ut futurum

---

[5]) Il. X, 110 κεν mutandum est in καί, quod restituit Kuehnerus usführl. Gramm. § 475 A. 1.

Thucydidem I, 127, 4 *παθεῖν ἂν — οἴσειν*, II, 64, 4 *μέμψαιτ' ἂν — ζηλώσει — φθονήσει*, V, 108 *ἂν ἐγχωρίσασθαι — νομιεῖν*, VI, 50, 1 *ἂν οὐ δέξασθαι — παρέξειν;* tum exponit, quid intersit inter actionem momentaneam et durantem; denique, quod maximi est momenti, ex iis quae attulit propositis hanc conclusionem confecit (pag. 16): „Es ist klar, dass wenn unter der einen oder der andern jener Veranlassungen die Rede nothwendig einen Aorist mit *ἄν* erforderte, das *ἄν* in diesen Fällen für den Gedanken nicht zugleich noch eine andere Wirkung haben kann als einzig die, die Handlung der Zukunft zuzuweisen. Es kann also in solchem Aorist mit *ἄν* schon deshalb nicht zugleich, wie man vielfach gewollt hat, eine an eine verschwiegene Bedingung geknüpfte Möglichkeit oder ein zweifelndes Urtheil enthalten sein. Auch lassen, scheint mir, deutliche Stellen solche Auffassung der fraglichen Redeweise nicht zu. In dem Munde der Messenier *ζ* 50, 2: *ἀπεκρίναντο πόλει μὲν ἂν οὐ δέξασθαι*, kann nur eine bestimmte Antwort passen, und für den Kleon wird man auch in *γ* 38, 3 nicht gerade mildernde Bescheidenheit suchen wollen. Ebenso, sollte man glauben, müssten *α* 127, 2—4 die Correlative *τοσοῦτον — ὅσον*, wenn das eine, auch das andere denselben geraden Ausdruck nach sich ziehen.“ Sed vereor, ne infirmiore fundamento Herbstius nitatur. Ac primum quidem res est in nullam dubitationem vocata, nudum quoque aoristum posse referri ad actionem futuram momentaneam.[4]) Quid est igitur causae, cur *ἄν* infinitivo addatur? Nonne superfluum est? At Herbstius (pag. 17) contendit, nudum aoristum pro futuro usurpari, ubi notio futuri jam satis indicata est, ut infinitivus perverse intellegi nequeat, scilicet post verba et formulas, quae suapte natura ad rem futuram spectent (ut *εὐέλπιδες ὄντες, διάνοια ἦν, λογίζεσθαι*), aut ubi aoristum jam praecesserit futurum. Sed *ἐλπίζειν* haud minus quam illud *εὐέλπιδες ὄντες* ad rem futuram spectat, nihilo autem minus licet aoristum una cum

[4]) cf. Herbst: Ueber Cobet's Emendationen im Thucydides pag. 16.

ἄν ei adjungi (Thuc. I, 127, 2. II, 20, 1. II, 53, 3. III, 30, 2. V, 39, 1. VII, 61, 2. VIII, 71, 2) et simplicem aoristum addi, nullo futuro praecedente (IV, 13, 1. IV, 24, 3. IV, 80, 1. VII, 21, 2). Itaque regula, qua Herbstius infinitivi aoristi et ejusdem formae cum ἄν conjunctae usum definire studet, nullo pacto probatur. Deinde, quae de aoristi et futuri discrimine disseruit, parum mihi videntur valere. Nemo enim infitias ibit aoristum rem, ut nos dicimus, momentaneam („einen einzelnen sich abschliessenden Act", ut ipsius verbis utar) indicare, futuri usum non ita circumcisum esse, sed ex hoc ipso patet, futurum quoque posse actionem momentaneam significare, id quod Herbstius ipse concedit (pag. 15) et insuper exemplis probat (pag. 20). Nonne autem veri dissimillimum est, Graecos, qui in oratione recta indicativo futuri pro utroque actionis genere uterentur, ubi infinitivum in oratione obliqua usurparent, aoristo et particula ἄν rem momentaneam a durante distinxisse?

At vide quanto rectius res procedat, si infinitivum cum ἄν sociatum ex oratione recta in obliquam translatum posuerimus. In ipsius Thucydidis libris non inveni locum, ubi verba alicujus hominis prius per orationem rectam, tum per obliquam referuntur; sed in Homeri carminibus repperi exemplum idque eo majoris auctoritatis, quod omnis alia particulae ἄν cum infinitivo conjunctio ab Homeri consuetudine aliena est.[5] Il. IX, 417 Homerus Achillem legatis ab Agamemnone missis haec respondentem facit:

> καὶ δ' ἂν τοῖς ἄλλοισιν ἐγὼ παραμυθήσαιμι
> οἴκαδ' ἀποπλείειν,

versu 684 Ulixem Achillis verba sic Agamemnoni referentem fingit:

> καὶ δ' ἂν τοῖς ἄλλοισιν ἔφη παραμυθήσασθαι
> οἴκαδ' ἀποπλείειν,

ubi nemo ἄν propterea additum esse putaverit, ut futurum

---

[5]) Il. X, 110 κεν mutandum est in καὶ, quod restituit Kuehnerus Ausführl. Gramm. § 475 A. 1.

efficiat. Ut vero hic ἔφη — ἂν παραμυθήσασθαι ortum est ex oratione recta et idem valet atque ἔφη ὅτι ἂν παραμυθήσαιτο, sic ubique infinitivus aoristi cum ἄν, ubi aliquid futuri continet, ex eadem structura manavit, non per se loco futuri ponitur. Perinde est sive Thucydides II, 20, 1 dicit: τοὺς γὰρ Ἀθηναίους ἤλπιζεν — ἴσως ἂν ἐπεξελθεῖν, sive V, 9, 2 orationem obliquam ὡς conjunctione indicat: οὐκ ἂν ἐλπίσαντας ὡς ἂν ἐπεξέλθοι. Similiter Thucydides Messenios sic Atheniensibus respondisse animo sibi finxit (VI, 50, 1): ὅτι πόλει μὲν ἂν οὐ δέξαιντο, ἀγορὰν δ' ἔξω παρέξουσιν, I, 127, 4 Lacedaemoniorum cogitata haec fuisse narrat: οὐ μέντοι ἐκεῖνος τοσοῦτον πάθοι ἂν τοῦτο (τὸ ἐκπεσεῖν sc.), ὅσον διαβολὴν οἴσει. Ac re vera aoristi infinitivum, ἂν particula adjecta, ubi quid lenius proferatur, usurpari concedendum est (cf. VII, 61, 2 καὶ τὸ τῆς τύχης κἂν μεθ' ἡμῶν ἐλπίσαντες στῆναι), salvo scilicet eo Graecorum more, quo fit, ut res vel certissimas, quaeque in nulla dubitatione versantur, modeste et cum urbana quadam dubitandi specie enuntient. Optime de hoc usu loquendi Hermannus (de particula ἄν pag. 166) docet: „Attici quidem, qui amant omnia dubitantius dicere, prae ceteris hoc optativi usu delectantur. Qui si nonnunquam etiam quum quid certissime futurum dicere volunt, optativum praeferunt, non est ea negligentia existimanda, sed figura etiam aliis generibus usitatissima, qua verba dubitationis plena, pronunciata significantius, fortius asseverant." Quae cum ita sint, non possumus ἄν notam futuri dicere; futuri vis non in hac particula versatur, sed in optativo, cujus in loco ponitur infinitivus[6]). Ac si in optativi cum ἄν sociatione et futuri aliquid inesse et simul dubitationis vim latere non est negandum, nihil impedit, quominus in infinitivi cum ἄν structura utramque significationem reconditam esse statuamus. Praeterea Herbstius in eo sibi videtur repugnasse, quod, ubi

---

[6]) De futuri temporis significatione, quae subest conjunctivo et optativo, exposuerunt Delbrück et Windisch Syntakt. Forsch. p. 27 sqq.

aoristi infinitivo ἂν adjicitur, nihil hanc voculam dubitationis docet notare, ubi cum praesentis infinitivo conjungitur, rem non vere factam, sed cogitatione fictam significare. („Dagegen steht das Präsens mit ἂν . . . nie von einer Wirklichkeit, sondern von blosser Vorstellung" pag. 18). At verba νομίζω, ἐλπίζω, similia, de quibus agitur, semper ad res spectant, quae mente alicujus effinguntur: non curat scriptor, congruantne hae cogitationes cum rerum eventu necne. Sic illud ὅσον οὐκ ἐσπλεῖν αὐτοὺς (II, 94, 1) non rem vere factam, sed cogitatam tantum continet; nihilo autem minus infinitivus caret vocula ἂν. Insistendum igitur puto in opinione vulgata: infinitivum praesentis, perfecti, aoristi in oratione obliqua conjungi cum ἂν, ubi quid lenius proferatur modestiae vel εἰρωνείας causa.

Aliud est genus infinitivi cum ἂν, qui, oratione recta in obliquam versa, pro indicativo praeteriti temporis cum ἂν ponitur (cf. Thuc. VIII, 2, 1. V, 46, 3. III, 11, 2, passim).

Postquam temporum infinitivi usum in universum adumbravimus, congerenda sunt exempla Thucydidea et explicanda, ubi a regula videntur aberrare. Et hanc quidem partem disputationis non uno corpore complectendam putavi, sed eo ordine disponendam, ut primum de simplici infinitivi structura dicam, deinde de accusativo cum infinitivo conjuncto, tum de accusativo cum infinitivo ex analogia orto, denique de infinitivo articulo ornato.

## § 4. DE SIMPLICI INFINITIVI STRUCTURA.

In simplici infinitivi structura duas tantum formas adhiberi posse, aut praesentis (vel perfecti) aut aoristi infinitivum, jam supra vidimus; quid vero inter utriusque usum intersit, satis e natura temporum apparet, ut nihil opus sit verba facere de talibus locis: βούλομαι ἄρξαι (imperium suscipere, Thuc. V, 91) et ἐβούλοντο ἄρχειν (imperium gerere, VIII, 91, 3), πειράομαι πείθειν (suadere) III, 54, 1 et βουλόμενος πεῖσαι (persuadere) III, 42, 2. Attamen non sem-

per tam facilis est distinctio utriusque infinitivi. Conferas, quaeso, Thuc. I, 139, 4, ubi Pericles fertur *λέγειν τε καὶ πράσσειν δυνατώτατος* fuisse, cum eis quae IV, 84, 2 de Brasida dicuntur: *ἦν δὲ οὐκ ἀδύνατος, ὡς Λακεδαιμόνιος, εἰπεῖν.* Quibus verbis cum eadem Pericli Brasidaeque virtus eloquentiae tribuatur, in universa quidem sententia hi loci congruunt; sed qui diligentius rem perpenderit, in una re variam rationem cogitandi et dicendi scriptorem secutum esse non negabit. Nam verbis *δυνατώτατος λέγειν* in universum magnam eloquentiam contendit fuisse in Pericle; cum vero Brasidam *οὐκ ἀδύνατον εἰπεῖν* dicit, eum occasione oblata non imperitum dicendi fuisse narrat. Alterum sic fortasse verteris: „Pericles praestantissimus erat orator“, alterum jam compositis verbis circumscribere oportet: „Brasidas, ubi res postulaverunt, non indiserte loqui solitus est, Brasidas verstand, wenn es darauf ankam, gut zu sprechen.“ Infinitivi aoristi proprium est ad singularia spectare, praesentis ad generalia referri. At quaerat quispiam fortasse: „Quonam pacto fit, ut post *καλόν, δίκαιον, ἄδικον, αἰσχρόν, γενναῖον, εὔλογον, εὐπρεπές ἐστι,* similes ejusmodi formulas, quibus notiones generales subjectae sunt, infinitivus aoristi inveniatur? An non recte Horatianum illud: „Dulce et decorum est pro patria mori“ graece sic verti existimas: *ἡδὺ καὶ καλὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανεῖν*? An minus recte putas Periclem (Thuc. II, 63, 2) dixisse: *ὡς τυραννίδα γὰρ ἤδη ἔχετε αὐτὴν* (sc. *τὴν ἀρχήν*), *ἣν λαβεῖν μὲν ἄδικον δοκεῖ εἶναι, ἀφεῖναι δ' ἐπικίνδυνον*?“ Non ego puto; immo aptissimum hic aoristum esse scio. Etenim si dicis *καλόν ἐστιν ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανεῖν,* mente tibi fingis civis cujusdam pro patria acceptam mortem, ante oculos tibi ponis unum aliquod hujus rei exemplum et laudas hanc praeclaram mortem, sed ita laudas, ut omnibus, qui illud exemplum sequuntur, reverentiam deberi dicas. Ubi infinitivus aoristi, cum e longa serie exemplorum unum sumat pro omnibus[7]),

---

[7]) Hac re commotus, opinor, Bernhardyus (Wissenschaftliche Syntax

eodem modo a singularibus ad generalia ascendit atque ejusdem temporis indicativus, quem aoristum gnomicum dicimus. Itaque Pericles λαβεῖν et ἀφεῖναι in usum vocavit, non λαμβάνειν neque ἀφιέναι, quia id potissimum spectat, quod Athenienses partim fecerunt, partim facturi erant, quamquam judicium de tali ratione agendi in universum facit; sin autem praesenti tempore usus esset, omnia similiter facta notione generali comprehendisset. Hanc differentiam slavici homines sicuti Graeci per varia verborum themata indicant, nostrates et Latini exprimere non possunt nisi per ambages, veluti hoc loco: „Si quis superbum dominatum arripuerit, injuste facere videtur, sin missum fecerit, periclitari, wenn Einer eine tyrannische Herrschaft an sich reisst, so scheint er Unrecht zu haben; giebt er sie auf, so begiebt er sich in Gefahr.“ Ubi vero in nostra lingua aut in latino sermone infinitivus usurpatur, utriusque infinitivi graeci partes suscipit: „Dominatum occupare (λαμβάνειν et λαβεῖν) injustum videtur, deponere (ἀφιέναι et ἀφεῖναι) periculosum, es scheint ungerecht, die Herrschaft an sich zu reissen, und gefährlich, sie fahren zu lassen.“ Sed vides, accidere posse, ut utroque tempore uti liceat, cum prorsus scriptoris arbitrio permissum sit, ut hanc vel illam enuntiandi rationem sequatur. Haud dubie Thucydides I, 139, 4 dicere potuit δυνατώτατος εἰπεῖν καὶ πρᾶξαι, contra IV, 84, 2 οὐκ ἀδύνατος λέγειν, sed pro diversitate modi, quo rem cogitavit, praetulit eas quae in libris leguntur voces. Caveamus igitur, ne omnia ad perpendiculum dirigamus; satis enim habemus sensu percipere, qua re commotus scriptor tum praesens, tum aoristum posuerit.

Sed haec hactenus. Jam enumeranda sunt exempla Thucydidea, quorum ea sola tractabo, quae aliquid proprii videntur habere; nam de omnibus disputare et longum et supervacaneum est.

---

pag. 383) infinitivum aoristi, qui in ejusmodi sententiis, ut δεινὸς εἰπεῖν, occurrit, neglegenter („ungenau“) usurpatum dicit.

1) VERBA VOLUNTATIVA ET VERBA CUPIENDI.

*βούλομαι* cum infinitivo praesentis (vel perfecti) conjunctum inveni: I, 22, 3. 27, 1. 37, 2 (bis). 52, 1 (perf.). 53, 2. 53, 4. 57, 4. 65, 1. 69, 4. 71, 4. 91, 3 (ubi Classenio auctore sic legendum esse puto: *εἰ δέ τι βούλονται Λακεδαιμόνιοι ἢ οἱ ξύμμαχοι πρεσβεύεσθαι, παρὰ σφᾶς ὡς προδιαγιγνώσκοντας τὸ λοιπὸν ἰέναι* e. q. s.). 93, 4. 99, 1. 105, 3, 107, 2. 128, 5. 131, 2. 132, 2. 133. II, 2, 4. 3, 2. 13, 1. 36, 3. 42, 3. 64, 4. 73, 1. III, 5, 2. 11, 1. 29, 2 (perf.). 37, 4. 38, 4. 64, 1. 66, 1. 82, 1. 96, 2. 105, 4. 115, 3. IV, 1, 1. 3, 3. 10, 1. 15, 1 (18, 2). 22, 2. 50, 3. 61, 4. 73, 3. 81, 1. 87, 3. 124, 4 (praes. una cum perfecto). V, 16, 3 (perf.). 21, 2 (perf.). 38, 2. 41, 2. 46, 3. 47, 8. 65, 4. 76, 2 (ter). 115, 1. VI, 6, 1. 18, 3. 21, 1 (bis). 23, 3. 36, 1. 38, 4 (bis). 44, 4 (perf.). 62, 1 (perf.). 64, 1. 75, 3. 79, 2. 99, 2. VII, 3, 1. 14, 3. 22, 3. 29, 1. 53, 1. 60, 4. 72, 3. 73, 1. 76. 78, 3. VIII, 11, 3. 19, 1. 22, 1. 26, 2 (perf.). 29, 1. 30, 1. 47, 2. 48, 5. 56, 2. 56, 3. 57, 1 (praes. et perf.). 58, 5. 59. 82, 3. 87, 1. 88. 91, 3 (ter).

Aoristi infinitivum hi loci exhibent: I, 34, 2. 44, 2. 69, 4. 72, 2 (ter). 73, 1. 87, 3. 119. 137, 1. 137, 4. 141, 6. II, 2, 2. 2, 3. 8, 3. 33, 1. 33, 2. 59, 2 (bis). 67, 4. 73, 1. 80, 1. 83, 2. 86, 4. 88, 1. 88, 2. 90, 1. 93, 1. 94, 1. 95, 1 (bis). III, 3, 2. 4, 2. 16, 1. 36, 4. 42, 2. 43, 2. 52, 2 (ter). 60. 65, 1 (bis). 69, 2. 78, 2. 91, 1. 101, 1. 109, 3. 110. 111, 1. 113, 4. IV, 14, 3. 33, 1. 36, 1. 37 (bis). 38, 2. 47, 1. 59, 3. 66, 2. 67, 5. 70, 3 (bis). 76, 1 (bis. 79, 2. 80, 1. 82. 83, 1. 91, 2. 103, 2. 104, 3. 108, 3. 108, 5 (bis). 112, 2. 121, 2 (bis). V, 2, 2. 8, 3 (bis). 10, 3. 16, 3 (ter). 29, 4. 30, 1. 36, 1. 39, 2. 43, 1. 45, 3. 49, 4. 50, 3. 58, 1. 61, 1. 61, 3. 65, 4. 76, 1. 91, 2. 103, 2. 106. 110. VI, 1. 8, 3. 14. 23, 3. 61, 4 (bis). 62, 1 (bis). 64, 1. 64, 5. 75, 3. 76, 2. 77, 1. 78, 2. 78, 3. 79, 2. 82, 4. 85, 3. 86, 4. 101, 3. 104, 1. 104, 2. VII, 22, 2. 22, 3. 33, 6. 36, 1. 42, 5. 43, 7. 48, 3. 48, 5 (bis). 51, 1. 52, 2. 53, 4. 69, 4.

78, 3. 79, 1. 84, 2. VIII, 5, 2. 17, 2. 19, 1. 26, 3. 28, 1. 30, 1. 32, 1. 44, 3. 46, 1. 46, 2. 52, 1. 56, 3. 57, 1. 70, 2. 71, 4. 75, 2. 76, 4. 79, 4. 87, 4. 91, 3 (bis). 92, 1. 95, 1. 100, 3. 102, 1. 104, 3.

ἐθέλω. Cum praesentis infinitivo conjunctum: I, 27, 1. 39, 1. 65, 1. 144, 1. II, 51, 3. 61, 3. 64, 1. 89, 3. III, 38, 4. 56, 3. 91, 1. IV, 13, 3. 48, 1. 59, 2. 74, 1. 98, 5. 122, 3. V, 14, 3. 15, 2. 22, 2. 84, 3. VI, 33, 4. 38, 2. 46, 1. 56, 3. 79, 1. VII, 6, 1. 18, 3. 18, 4. 72, 3. VIII, 15, 1. 45, 5. 58, 4. 72, 2. 78, 1. 86, 1. Si Reiskii conjecturam, quae magnam probabilitatis speciem prae se fert, adoptes, V, 9, 6 huc erit trahendum: τὸ ἐθέλειν καὶ αἰσχύνεσθαι καὶ τοῖς ἄρχουσι πείθεσθαι (codices καὶ τὸ αἰσχύνεσθαι).

Aoristi infinitivus sequitur: I, 28, 2 (bis). 75, 1. 144, 3. II, 71, 2. III, 55, 1. IV, 10, 2 (bis). 22, 2. 57, 2. 85, 4. 104, 1 (bis). 107, 1. 108, 4. V, 82, 3. VI, 34, 2. 34, 4 (bis). 105, 2. VII, 73, 2. VIII, 83, 1.

Aoristi et praesentis differentia tam dilucida tamque aperta est, quae neminem effugere possit. Primo enim aspectu perspicitur, cur Thucydides VIII, 29, 1 dixerit διδόναι (constanter stipendium dare), VII, 18, 3 δίκας διδόναι (judicium offerre), contra VIII, 76, 4 σφίσι πάλιν τὴν πολιτείαν ἀποδοῦναι (reddere, restituere sibi rempublicam), cur V, 84, 3 ὑπακούειν, VI, 18, 3 ἄρχειν, II, 3, 2 τῷ γὰρ πλήθει τῶν Πλαταιῶν οὐ βουλομένῳ ἦν τῶν Ἀθηναίων ἀφίστασθαι (populus Plataeensis invitus ab Atheniensibus deficiebat), V, 76, 3 τῷ δήμῳ ἐπιτίθεσθαι, VIII, 19, 1 ἀφιστάναι, V, 9, 6 πείθεσθαι usurpaverit, VII, 73, 2 vero ὑπακοῦσαι, VI, 85, 3 ἄρξαι, III, 55, 1 ἀποστῆναι Ἀθηναίων οὐκ ἠθελήσαμεν, II, 83, 2 ἐπιθέσθαι, II, 80, 1 ἀποστῆναι, VIII, 52, 1 πεισθῆναι adhibuerit. Et aoristum quidem non solum actionem momentaneam indicare, sed etiam ibi locum habere, ubi de uno certoque facto agitur, facile perspicies, si verba τοῦ μὲν οὐκ ἐθέλοντος οὔτε πρότερον ναυμαχεῖν (VIII, 78, 1) contuleris cum ὡς οὐκ ἠθέλησαν ἀνταναγαγόντες ναυμαχῆσαι (VIII, 83, 1): praesente

utitur scriptor, ubi Tissaphernem omnino pugnas navales evitasse narrat; ubi vero Lacedaemonii certam pugnam navalem, cujus Athenienses facultatem obtulissent (VIII, 79, 4), defugisse dicuntur, aoristus ponitur. Sic differunt VIII, 22, 2 *ξυγκινδυνεύειν* et I, 20, 3 *κινδυνεῦσαι*; VI, 79, 2 *ὑμεῖς δ' εὐλόγῳ προφάσει τοὺς μὲν φύσει πολεμίους βούλεσθε ὠφελεῖν* (sc. non solum hac in re, de qua agitur, sed semper, quotiescunque auxilium illis opus est), *τοὺς δὲ ἔτι μᾶλλον φύσει ξυγγενεῖς μετὰ τῶν ἐχθίστων διαφθεῖραι* (i. e. nunc, ubi excidio ferroque Athenienses nobis minitantur); VI, 34, 2 *ἀμῦναι* et VI, 75, 3 *ἀμύνειν;* VI, 6, 1 dictum est *βοηθεῖν βουλόμενοι,* propterea quod Athenienses quasi legem sibi esse praetenderunt (*εὐπρεπῶς*), ut cognatis et sociis semper, quandocunque res postularent, auxilium ferrent, VI, 104, 1 contra *βουλόμενοι διὰ τάχους βοηθῆσαι* legitur, quia Gylippus et Corinthii singularem *βοήθειαν* in animo habebant. Atque praesentis et aoristi infinitivus non promiscue adhiberi in promptu est; cum vero fieri possit, ut eadem res tum hoc, tum illo modo cogitetur, consequens est, ut nonnumquam scriptor in variis temporibus eligendis suae sit potestatis, necessitate adstringatur nulla. Declarabo rem exemplo. I, 128, 5 pro *χαρίζεσθαι* forsitan *χαρίσασθαι* aliquis adhibendum putet esse, sicuti in codice Monacensi G secunda manu in margine adscriptum est, et ferri sine dubio potest. Nihilo minus recte se habet quae vulgo traditur scriptura. *Χαρίσασθαι* enim si scriptum esset, ad donum illud, quo Pausanias regi Persarum gratificari cupivit, spectaret (liceat vernacule vertere: „indem ich dir dadurch einen Gefallen erweisen will“), *χαρίζεσθαι* vero latius patet meliusque perfidum proditoris animum exsequitur; nam non solum captivis remissis Pausaniam regi gratificari, sed omnino ei addictum et devotum esse ostendit. Eadem igitur vi et gravitate praesens tempus hic instructum est, qua apud Demosthenem, cum proditores patriae, qui Philippo favebant, *τοὺς μάλιστα οἰομένους αὐτῷ χαρίζεσθαι* dicit (Or. VIII § 40). Quamquam tenendum est Graecos, qui rei narratae progressum mente

repetere et ante oculos ponere amant, saepius praesentis infinitivi usu delectari, ubi in linguis slavicis aoristus invenitur: cf. Thuc. I, 57, 4 *προκαταλαμβάνειν* (contra aoristus occurrit II, 2, 3. III, 3, 2). II, 42, 3 *τιμωρεῖσθαι* — *ἐφίεσθαι*. II, 73, 1 *ποιεῖν*. III, 92, 2 *τιμωρεῖν*. IV, 22, 2 *γίγνεσθαι*. IV, 81, 1. 124, 4. V, 38, 2. VI. 36, 1. VII, 22, 2. 52, 2. 72, 3. 79, 1. VIII, 11, 3. 82, 3. IV, 48, 1, alibi. Sed redeamus ad enumerationem exemplorum.

*διανοοῦμαι*. Cum praesentis infinitivo dictum: I, 52, 2. 141, 1. II, 100, 3. III, 33, 2. IV, 48, 2. 125, 2. V, 9, 1. 10, 8. 62, 2. VI, 88, 11. 93, 1. 93, 3. 96, 1. 98, 2. VII, 12, 2. 27, 1. VIII, 2, 3. 8, 1. 11, 4. 15, 3. 50, 3. 100, 4. 109, 2. Cum aoristi infinitivo: I, 18, 4. IV, 13, 3. V, 43, 2. 52, 2. VII, 47, 2. Similiter *ἐν διανοίᾳ εἶναι* et *διάνοια ἦν τινι* construuntur II, 61, 2. IV, 52, 2. VI, 65, 1; cum aoristo IV, 52, 2.

*ἐπινοέω* ter aoristi infinitivo annectitur: V, 4, 1. VII, 72, 2. VIII, 11, 2.

*ἐν νῷ εἶχον* — *ἐμφράξαι* IV, 8, 3.

*ἐσκέψαντο* — *ἐᾶν* — *ὁρᾶν* — *ἀντέχειν* — *ἐςφέρειν* VIII, 63, 3.

*προςεῖχον τὸν νοῦν* — *πέμπειν* VI, 93, 2.

*ἐπιθυμέω*. Praesens: III, 84, 1. V, 41, 3. Aoristus: IV, 117, 2 (bis). VI, 10, 1. 15, 1. VII, 77, 7. *ἐπιθυμίᾳ τῶν ἀνδρῶν κομίσασθαι* V, 15, 1.

*προθυμοῦμαι*. Praesens: V, 71, 2. 50, 2. VIII, 8, 3. Aoristus: (IV, 9, 3). VII, 70, 8. 86, 3 *ὥςτε ἀφεθῆναι*. *πρόθυμός εἰμι* ubique cum praesentis infinitivo consociatum occurrit: II, 20, 3. 53, 2. III, 38, 5. IV, 124, 4. VI, 88, 11.

*ἑτοῖμός εἰμι*. Praesens: I, 28, 3 *εἶναι* — *ὥςτε μένειν*. 135, 2. 141, 4. 145. III, 82, 1. 82, 5. 82, 8. IV, 19, 3. 21, 2. 61, 4. 80, 1. 83, 1. 108, 4. 122, 2 (bis). 124, 3. V, 45, 4. 59, 5. VI, 29, 1 (bis). 93, 3. VII, 1, 4. 3, 1. VIII, 1, 5. 2, 2. 80, 2. 82, 1 (bis). 92, 6. 92, 7. Aoristus: I, 28, 3. 85, 2. IV, 73, 2. 110, 1. V, 59, 2 (bis). VI, 29, 1. VII, 83, 1. VIII, 5, 4. 50, 5.

*ἔρως ἐνέπεσε τοῖς πᾶσιν — ἐκπλεῦσαι* VI, 24, 2.
*χρήζω διαβαλεῖν* III, 109, 3.
*οὐδενὶ τρόπῳ οἱ ἔφη ἀρέσκειν ἐν τῷ αὐτῷ ἔτι μένειν* VII, 49, 3.

Sub idem genus cadunt duo verba, quae primitus quidem sunt verba putandi, paulatim vero amissa hac vi voluntativa sunt facta: *ἀξιοῦν* et *δικαιοῦν*. De *ἀξιοῦν* afferam quod protulit Buttmannus in editione Midianae (pag. 165 sq.): „Hujus verbi, inquit, significationes tam miram, in quadam tamen vicinia, diversitatem praebent, ut non raro in eo sit ansa dubitandi. . . Tenendum est, ei significationi quae hujus verbi ex etymo propria est, dignum judicare, quoties aliud inde verbum in infinitivo pendet, statim admisceri notionem voluntatis: quae cum partim ad alienas, partim ad proprias actiones spectet, nascuntur inde duae significationes principales, altera postulandi, altera se ipsum praebendi.“ Atque primaria illa vis, quae ad etymum proxime accedit, jam viget in illo *ἀμαθέστεροι τῶν νόμων ἀξιοῦσιν εἶναι* (Thuc. III, 37, 5) et in his quoque locis, ubi magis per *εἰρωνείαν*, quam Graeci vocant, adhibetur, ita ut idem valeat ac nostrum sich herausnehmen, latinum audere: I, 132, 2 (*ὁ Παυσανίας*) *ἠξίωσεν ἐπιγράψασθαι αὐτὸς ἰδίᾳ τὸ ἐλεγεῖον τόδε*. III, 39, 3 *ἰσχὺν ἀξιώσαντες τοῦ δικαίου προθεῖναι*. I, 42, 2. II, 42, 3. IV, 122, 3. 65, 4. VII, 63, 3. Jam inest notio voluntatis in ejusmodi sententiis: *ἠξίωσα γράφειν* (I, 22, 2), cf. III, 55, 1. VII, 5, 4; prorsus denique idem est quod *βούλομαι* I, 74, 2: *ἠξιώσαμεν . . . μηδ' ὣς προλιπεῖν μηδὲ — γενέσθαι*. I, 122, 4. 132, 5. II, 11, 5 (ter). 43. 53, 1. 64, 4. III, 38, 2. 40, 4. 46, 3. 64, 1. 83, 4. 87, 1. 98, 5. V, 26, 2. VI, 10, 3. 86, 1. 87, 1. VII, 50, 3. 63, 1. VIII, 89, 4 et bis *οὐκ ἀξιόω*: I, 102, 3 et III, 61, 2. De petendi et postulandi significatione ejusdem verbi infra dicemus. *Δικαιόω* cum infinitivo praesentis conjunctum est II, 67, 4 et II, 61, 3 (bis), cum aoristi infinitivo II, 41, 2.

## 2) VERBA DECERNENDI, STATUENDI, CONSILII CAPIENDI.

Cum velle et consilium capere unam fere notionem efficiant, verba decernendi artissime cum voluntativis cohaerent, vix ut certis limitibus separari possint. Incipiamus ab illis, quae ad βούλομαι verbum proxime accedunt, a βουλεύομαι ejusque cognatis. Βουλεύομαι II, 74, 1 (bis). IV, 41, 1. 57, 4. V, 8, 3. 62, 1, VII, 60, 2 (ter). 72, 2 cum praesentis infinitivo connectitur, IV, 57, 4 (ter). V, 71, 1. VII, 60, 2 cum infinitivo aoristi. Similiter usurpatur ἡ βουλή (sc. ἐστι) μὴ ἀνθίστασθαι V, 101.

Sequuntur γιγνώσκω, γνώμην ποιοῦμαι, similia, e quibus praesentis infinitivus aptus legitur: IV, 88. I, 62, 2. 53, 2. 140, 1. II, 86, 3. III, 92, 2. IV, 125, 3. VI, 47, 2 (quinquies). VIII, 44, 1. II, 12, 2. III, 25, 2 ὥςτε ξυμβαίνειν, aoristi infinitivus pendet I, 91, 4. III, 36, 3. I, 128, 5 (bis). II, 2, 4 (bis). III, 31, 2. 96, 2. VII, 72, 2. VIII, 67, 1. 86, 3. μεταγιγνώσκω μὴ ποιήσασθαι I, 44, 1. ξυνδιέγνωσε πολεμεῖν II, 64, 1.

ψηφίζομαι. Infin. praesentis: I, 125. III, 70, 2. V, 17, 3 ὥςτε καταλύεσθαι. V, 80, 1 (ter). VI, 8, 2. 13, 1. 31, 1. 88, 9 ὥςτε ἀμύνειν. 93, 4. VII, 16, 1. 47, 2 (bis). VIII, 6, 4. 15, 2 (ter). Inf. aoristi: VI, 6, 4. 8, 2 (bis). VIII, 97, 1. Ψήφισμα ἐποιοῦντο ἐξελεῖν, ἀποκτεῖναι IV, 122, 3.

Quam notionis permutationem verba ἀξιοῦν et δικαιοῦν subeunt, ea in δοκεῖ quoque statuenda est, quippe quod primitus erat verbum sentiendi, tum cogitandi, deinde notionem καλὸν, ἄμεινόν μοι δοκεῖ assumpsit et verbum decernendi est factum, sicuti latinum videtur mihi.

δοκεῖ μοι. Inf. praesentis: I, 31, 2. 125. II, 24, 1 (bis). II, 77, 1. II, 93, 2. IV, 15, 1. 22, 3. 118, 1. 118, 2. 118, 3. 118, 4. 118, 5 (bis). 118, 6 (bis). 125, 1. V, 38, 2. 47, 9. 77, 3 (bis). 77, 4. 79, 1. 79, 2. 79, 3. 82, 3. VII, 1, 2. 40, 3. 43, 1. 74, 1. 80, 1. VIII, 8, 3 (bis). 79, 1 ὥςτε διαναυμαχεῖν. 92, 10. Inf. aoristi: I, 53, 1 (bis). 63, 1. 72, 1.

107, 3. 134, 4. 139, 3. II, 24, 1. 77, 1. 93, 2. III, 36, 2 (bis). IV, 15, 2. 57, 4. 71, 1. V, 23, 5 (bis). 38, 1. 53, 2. 77, 1. 77, 2. 77, 3. 77, 4. 79, 3. VI, 88, 2. VII, 4, 4. 43, 1. 74, 1. VIII, 8, 3. 11, 2.

Uno loco (VIII, 81, 1) in dubium vocatur, utrum aoristus sit ponendus an praesens: editores plurimos codices secuti scribunt ὥςτε κατάγειν, codex Vaticanus B ὥςτε καταγαγεῖν praebet. Et per se quidem aoristus nihil habet offensionis, sed cum praesens quoque recte se habeat eodemque modo I, 26, 2. 111, 1. II, 33, 1. VIII, 53, 2 adhibeatur, tenenda est quae vulgo fertur scriptura.

### 3) VERBA ἐφετικὰ QUAE VOCANTUR ET INFINITIVUS EPEXEGETICUS.

Verba ἐφετικὰ voluntativis cognata sunt, sed eo maxime ab iis differunt, quod non solum voluntatem consiliumve indicant, sed etiam actionem quandam, qua is, qui consilium cepit, assequi propositum studet. Talia sunt apud Thucydidem:

αἱρέομαι. Inf. praesentis: II, 34, 4. VI, 12, 2. 8, 3. VIII, 64, 1. Inf. aoristi: III, 59, 3. V, 36, 2 (bis). VI, 80, 5 (bis). — ἐφῃρημένος ἄρχειν IV, 38, 1.

ἐγλίχοντο μὴ ἅψασθαι VIII, 15, 1.

ἐπιχειρέω II, 89, 3 et VIII, 86, 1 (praes.).

ἐγηγερμένοι ἦσαν μὴ ἀνιέναι VII, 51, 1.

ἔρρωτο ξυλλαμβάνειν II, 8, 3.

πειράομαι. Infin. aoristi: I, 25, 1. 31, 2. 50, 4. 71, 4. 78, 3. II, 65, 1. III, 38, 2. 39, 1. 54, 1. 62, 4. 63, 1. 78, 1. 97, 1. IV, 9, 3. 12, 1. 41, 4. 60, 2. 61, 2. 85, 2. 87, 2. 92, 3. 126, 1. V, 38, 5. 98. 112, 2. VI, 34, 1. 34, 5. 40, 3. 48, 1. 48, 2 (bis). 87, 3. 88, 8. 89, 4. VII, 70, 2. 70, 5. VIII, 3, 2. 76, 6. Inf. aoristi: I, 143, 1. 144, 5. II, 5, 3. 35, 3. 58, 1. 72, 3. IV, 35, 2. 35, 3 (bis). 59, 3. 60, 2. 66, 3. 92, 6. 102, 1. 128, 1. 129, 4. V, 35, 5 (bis). 36, 2. VI, 18, 6. 38, 3. 92, 3. VIII, 63, 3.

ἐτεχνῶντο ἐκπέμπειν, μὴ λανθάνειν IV, 26, 5.

*ἐζήτησαν* διαφθεῖραι III, 39, 2.
*πράσσω* κομίσαι, ἀποστῆναι VIII, 64, 2.
*σπεύδοντες* πεῖσαι IV, 87, 3.
*ἐπείγομαι* — πρῶτος φαίνεσθαι VII, 70, 30; cum infinitivo aoristi: IV, 4, 2. 105, 1. V, 9, 5. VI, 32, 2. VII, 42, 5. VIII, 7, 1. 104, 3 (ter).
*ὁρμάομαι*. Inf. praesentis: II, 59, 1. III, 92, 3. IV, 29, 4. VI, 6, 1. 19. 20, 1. VIII, 73, 2. 75, 1. 86, 3. VIII, 84, 2. ὥςτε βάλλειν; cum infinitivo aoristi IV, 29, 2. ὁρμὴ τοῖς στρατιώταις ἐπέπεσε ἐκτειχίσαι τὸ χωρίον IV, 4, 1.
*μέλει μοι* προϊδεῖν I, 141, 6.
*φειδώ τέ τις* ἐγίγνετο — μὴ προαπαναλωθῆναι VII, 81, 6.
*θεραπεύοντες* VI, 61, 4. VII, 70, 3 (inf. aoristi).
*τηράω* καταφέρεσθαι IV, 26, 4.
*μνήμην ἕξει* — ἐπιτελεῖν II, 87, 3.

Neque διακινδυνεύσωσιν ἐςπλεῦσαι (VII, 1, 1) ex hoc numero excludas et φθάσας θαρσῆσαι (III, 82, 7), cui simillimum est I, 33, 3 μηδὲ δυοῖν φθάσαι ἁμάρτωσιν ἢ κακῶσαι ἡμᾶς ἢ σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι, huc trahendum esse ex eo evincas, quod infinitivus e contendendi notione, qua est praeditum φθῆναι verbum, profluit.

Haec omnia quae attuli verba cum infinitivo ita colligata et nexa sunt, ut per se intellegi nequeant; sunt autem alia quorum notio non indiget infinitivo, quae haud ita àrte cum eo cohaerent. Hujusmodi infinitivus, qui vulgo epexegeticus vocatur, apud Thucydidem his locis invenitur:

*ἀγωνίζομαι*, similia. Inf. praesentis: III, 38, 4; aoristi infinitivus: III, 38, 2. 38, 4. 82, 8. IV, 87, 4 (quater). VIII, 89, 4. II, 89, 8. VII, 59, 1. 86, 2. ἡ μάχη ἔσται — μὴ ἀφαιρεθῆναι, πειρᾶσθαι V, 69, 1. μαχούμενοι περὶ ἀλλοτρίας — οἰκεῖν, σχεῖν, μὴ βλάψαι, ξυγκτήσασθαι, ἐπιδεῖν VI, 69, 4.
*διαφορῶν* οὐσῶν — τοῖς μὲν ἐπάγεσθαι III, 82, 1.
*προςέθηκε* ἑαυτὸν — κοινοῦσθαι VIII, 50, 3.
*ὑπέθεσθε* τὸ ξυμφέρον λέγειν V, 90. Simillimum est,

quod secundum Bekkerum legitur III, 66, 2 *τὴν μὴ κτείνειν ψευσθεῖσαν ὑπόθεσιν* (vulgo *ὑπόσχεσιν*).

*δίδωμι, ἀποδίδωμι, παραδίδωμι*. Inf. praes.: I, 58, 2 *χώραν νέμεσθαι*. II, 27, 2 (bis). III, 68, 2. IV, 9, 1. 36, 1. 56, 4. V, 32, 1. II, 71, 2. II, 50, 1. IV, 69, 4. VII, 85, 1. Inf. aoristi: II, 4, 4. VI, 61, 3. VIII, 28, 3.

*ἀφίησιν αὐτὰ δημόσια εἶναι* II, 13, 2.

*παρείχοντο μέρος τὸ σφέτερον — τοῖς Πελοποννησίοις ξυστρατεύειν* II, 12, 3. *τὸ στράτευμα τὸ ἐν τῇ Σάμῳ παρασχεῖν αὐτοῖς διαφθεῖραι* VIII, 50, 5.

*ἐτράποντο πρὸς τοὺς ἀνθρώπους — φονεύειν μᾶλλον ἢ ζωγρεῖν* I, 50, 1. *ἐτράποντο — καὶ τὰ πράγματα ἐνδιδόναι* II, 65, 1.

Saepius fit, ut hujusmodi infinitivus, cujus cum verbo finito laxior est nexus, prorsus sententiarum finalium partes expleat, veluti post verba:

*ἀφικνεῖται — πράσσειν* I, 128, 2.

*ἐπεκρύπτοντο — μὴ ὀνομάζειν* VIII, 92, 11.

*καταλιπόντες — προςβάλλειν* IV, 127, 2.

*ἐκόμισαν — τοὺς ἐκ Κρανίων Εἵλωτας — λῄζεσθαι* V, 56, 3.

*ξυμπλέων — παραδοῦναι* VIII, 29, 2.

*παρακινδύνευσιν ποιοῦνται — μὴ πανθῆναι, ἤδη ἀπαλλαγῆναι* V, 100.

*παρόντες — ἀποστῆσαι* VIII, 22, 1.

*προὔπεμψαν δέκα τῶν νεῶν — πλεῦσαι, κατασκέψασθαι, κηρῦξαι* VI, 50, 3. *ὑπεκπέμπει δύο ναῦς ἀγγεῖλαι* IV, 8, 2.

VIII, 80, 2 *καὶ τὸ Βυζάντιον ἐπεκηρυκεύετο αὐτοῖς ἀποστῆναι* huc pertinet, propterea quod *ἐπεκηρυκεύετο* habet vim verbi *ἐφετικοῦ*; valet enim idem ac bellum parare, ad bellum suscipiendum contendere: „et Byzantium per legatos cum eis agebat, ut deficeret.“ Quodsi Haasius vertit: „Et simul per legatos eis significabant Byzantii, se defectionem facturos“, errat vir doctissimus, quia certos infinitivi aoristi fines neglexit. — Infinitivum *ξυλλαμβάνειν*,

qui legitur VI, 60, 2, — si quidem locus integer servatus est — e verbo ἐφετικῷ, quod latet in ἐπεδίδοσαν ἐς τὸ ἀγριώτερον formula, manasse in promptu est. — I, 129, 3 ἀνεῖναι πράσσειν dictum est velut ἀμελεῖν πράσσειν, ita ut infinitivus πράσσειν ejusdem sit generis cujus ille, qui cum verbis ἐπείγομαι, γλίχομαι, similibus conjungitur.

4) VERBA EFFICIENDI.

αἰτιώτατος — ἐν τῷ στενῷ ναυμαχῆσαι I, 74, 1: qui praecipuus fuit auctor, ut navalis pugna in angusto freto committeretur.

ἀναγκάζω, καταναγκάζω, βιάζομαι. Inf. praesentis: I, 28, 1. 71, 2. 76, 1. II, 15, 2. 83, 3. III, 4, 1. 27. 33, 3. 89, 3. IV, 27, 3. 30, 1. 59, 2. VI, 24, 1. 87, 2. 87, 4 (bis). VII, 13, 1. 39, 2. 51, 1. 56, 5. 60, 3. 62, 4 ὥςτε πεζομαχεῖν. 71, 2. 71, 4. 77, 5. 84, 2. VIII, 75, 1. 76, 1 (bis). 76, 2. 88. 90, 6. 95, 1. IV, 29, 4. V, 104. Infin. aoristi: I, 107, 2. 136, 2. II, 83, 1. III, 2, 1. 33, 3. 71. 89, 3. IV, 12, 1. 25, 1. 74, 4. 125, 2. V, 7, 1. 36, 2. VI, 69, 3. 92, 2. VIII, 3, 2. 95, 1. 96, 3. I, 75, 2. II, 41, 2.

ἀπεκρύπτετο μὴ καθ' ἡδονὴν ποιεῖν II, 53, 1.

ἐπηγάγοντο ξυγχωρῆσαι V, 41, 2.

προάγει τινὰ κινδυνεύειν III, 45, 5.

ἐπεκράτουν μὴ δέχεσθαι VI, 74, 2.

κατέστησα Λακεδαιμονίους ἐς μίαν ἡμέραν — ἀγωνίσασθαι VI, 16, 6.

ἐνενικήκει (impetraverat) ὥςτε ἀποκτεῖναι III, 36, 5.

ἐποίησε βραδύτερον αὐτοὺς ἐλθεῖν II, 5, 1.

Neque diversum est, quod IV, 37 traditur: εἴ πως ἐπικλασθεῖεν τῇ γνώμῃ τὰ ὅπλα παραδοῦναι, quasi dixisset scriptor: ἐπικλασθεῖεν τῇ γνώμῃ καὶ ἀναγκασθεῖεν τὰ ὅ. π., et II, 87, 5 καὶ οὐκ ἐνδώσομεν πρόφασιν οὐδενὶ κακῷ γενέσθαι verborum efficiendi insignem similitudinem prae se fert: „neque cuiquam occasionem praebebimus, ut sit ignavus."

IV, 27, 3 καὶ γνοὺς ὅτι ἀναγκασθήσεται ἢ ταὐτὰ λέγειν

οἷς διέβαλλεν, ἢ τἀναντία εἰπὼν ψευδὴς φανήσεσθαι infinitivus futuri non, sicuti λέγειν, ex ἀναγκασθήσεται verbo pendet, sed, neglecta, ut non raro fit, concinnitate membrorum (cf. Kruegeri et Popponis annotationes ad VI, 24, 1), ab ὅτι particula scriptor ad infinitivi structuram transgressus est.

5) VERBA IMPEDIENDI VEL PROHIBENDI.

Quae cum nihil aliud sint nisi verba efficiendi negativa, ab iis dirimi non possunt. Quam vero arte cum illis cohaereant, ex eo vides, quod infinitivis, qui a verbis impediendi apti sunt, plerumque μή particula adjicitur: Thuc. III, 49, 3 διεκώλυσε μὴ διαφθαρῆναι, qua vis efficiendi plana et perquam evidens fit, praesertim quoties infinitivus epexegeticus in usum vocatur (III, 6, 2 καὶ τῆς θαλάσσης μὲν εἶργον μὴ χρῆσθαι τοὺς Μυτιληναίους) vel ὥςτε particula infinitivum praecedit (V, 49, 1 Λακεδαιμόνιοι τοῦ ἱεροῦ ὑπὸ Ἠλείων εἴρχθησαν ὥςτε μὴ θύειν).[8]) Duae igitur cogitationes in unius enuntiationis corpus quasi coaluerunt, id quod Graecis usitatissimum fuisse inter omnes constat. Enumeremus exempla Thucydidea.

ἀπέσχοντο ὥςτε μὴ ἐμβάλλειν I, 49, 6. μὴ στρατεῦσαι V, 25, 3.

ἀνέχω μὴ ὑπ' αὐτοὺς εἶναι VI, 86, 3.

ἔχω, κατέχομαι. I, 73, 3. I, 17, 2 (praes.).

διαμάχομαι μὴ μεταγνῶναι μηδὲ ἁμαρτεῖν III, 40, 1.

κωλύω, διακωλύω et quae sunt similia. Infin. praes.: VIII, 79, 2. I, 27, 2. 142, 2. VI, 18, 1. 88, 11. 98, 4 (bis). VII, 17, 3. 27, 3. 36, 5 ὥςτε μὴ περιπλεῖν. VIII, 86, 4. Infinit. aoristi: IV, 79, 1. 87, 2. VI, 80, 2. 83, 3. VII, 32, 1. 42, 5. 70, 7. VIII, 88.

εἴργω. I, 62, 2. III, 6, 2. III, 1 τὸ μὴ — κακουργεῖν. V, 49, 1 ὥςτε μὴ θύειν μηδ' ἀγωνίζεσθαι. Infinitivum, non, ut vult Bekkerus, participium esse legendum VI, 1 ἐν

---

[8]) cf. Madvig l. l. pag. 47—66. Kuehner, Ausf. Gr. § 516.

*εἴκοσι σταδίων μάλιστα μέτρῳ τῆς θαλάσσης διείργεται τὸ μὴ ἤπειρος εἶναι* Poppo et codicis Parisini H scriptura et exemplis ex Thucydidis imitatoribus depromptis bene demonstravit.

*ἐμπόδιον γένηται — θέσθαι* I, 31, 3. *ἐμποδὼν ὄντι σφίσι μὴ αὐτοῖς τοῦ δήμου βεβαίως προεστάναι* VI, 28, 2.

*ἀποκεκλημένοι περιορᾶν* IV, 34, 3.

*παρέσχεν ὄκνον μὴ ἐλθεῖν* III, 39, 3.

Loco, quem jam supra tractavimus, I, 33, 3 *μηδὲ δυοῖν φθάσαι ἁμάρτωσιν ἢ κακῶσαι ἡμᾶς ἢ σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι* infinitivus epexegeticus *φθάσαι* e vi impediendi *ἁμάρτωσι* verbo subjecta profluxit, ita ut pro *φθάσαι* diceré licuisset *μὴ φθάσαι* vel *ὥςτε μὴ φθάσαι*: „ne alterutro frustrentur, ut prius aut nobis damnum inferant, aut sibimet firmitudinem comparent.“ Similiter IV, 64, 3 *δυοῖν ἀγαθοῖν οὐ στερήσομεν Σικελίαν, Ἀθηναίων τε ἀπαλλαγῆναι καὶ οἰκείου πολέμου* infinitivus ad *στερήσομεν* referendus est: si una cum *οἰκείου πολέμου* esset appositio substantivi *ἀγαθοῖν*, cum articulo *τοῦ* conjungendus esset. V, 3, 3 *ἀποσχὼν τεσσαράκοντα μάλιστα σταδίους μὴ φθάσαι ἐλθών*, VII, 70, 4 *βραχὺ γὰρ ἀπέλιπον ξυναμφότεραι διακόσιαι γενέσθαι*, IV, 129, 5 *ἐς ὀλίγον ἀφίκετο πᾶν τὸ στράτευμα τῶν Ἀθηναίων νικηθῆναι*, denique VIII, 76, 3 *ἢ παρ' ἐλάχιστον δὴ ἦλθε τὸ Ἀθηναίων κράτος ἀφελέσθαι*, quippe quae omnia habeant aliquam cognationem cum verbis impediendi, eorundem structurae participes sunt.

6) VERBA SINENDI.

*ἀποδῶσι ταῖς πόλεσι μὴ σφίσι ταῖς Λακεδαιμονίοις ἐπιτηδείως αὐτονομεῖσθαι* I, 144, 3. *σφίσιν ἀποδοῦναι βουλεύσασθαι* III, 36, 4.

*οὐ δώσειν διεκπλεῖν* VII, 36, 5.

*ἐάω*. Inf. praes.: I, 28, 2. 35, 4 (praes. et perf.). 52, 3. 70, 5. 127, 2. 133. 144, 2. 82, 1. II, 69. III, 48 (bis).

IV, 16, 2. V, 41, 2 (perf.). 47, 7. 56, 2. VI, 48, 2. 72, 1. 72, 4. 48, 3. VIII, 46, 1. 46, 5. 56, 5 (bis). Infinitivus aoristi: I, 36, 3. 67, 3. 69, 1 (bis). 142, 3. III, 59, 3. 77, 1. V, 56, 2. VI, 41, 1. 80, 2. 86, 4. VIII, 69, 2. 84, 3.

*Ἆγις αὐτοῖς ἑτοῖμος ἦν ἐκείνους μὲν μὴ λύειν δὴ τὰς Ἰσθμιάδας σπονδὰς, ἑαυτοῦ δὲ τὸν στόλον ἴδιον ποιήσασθαι* VIII, 9, 1.

*ξυγχωρεῖν*. Inf. praes.: V, 41, 2. V, 17, 2 *ὥςτε ποιεῖσθαι, ἔχειν*. Inf. aor.: III, 75, 1. V, 41, 2. VIII, 93, 3 *ὥςτε ποιῆσαι*.

*ξυγγνώμονες δὲ ἔστε* (nobis ignoscentes concedite) *τῆς μὲν ἀδικίας κολάζεσθαι τοῖς ὑπάρχουσι προτέροις, τῆς δὲ τιμωρίας τυγχάνειν τοῖς ἐπιφέρουσι νομίμως* II, 74, 2. *ξυγγνώμην λήψονται ἁμαρτεῖν* III, 40, 1. *ξυγγνώμην εἶναι — βουλεύειν* VIII, 50, 2.

*παρέχειν βουλεύεσθαι* III, 63, 2.

*ἀφείσθω ἡμῖν κινδυνεύεσθαι* V, 91, 2.

*περιορᾶν*, ubi cum infinitivo conjungitur, non est verbum sentiendi, sed cum idem quod pati vel sinere valeat, in hoc genus, quod tractamus, est referendum. Sic IV, 48, 1 et V, 29, 2 cum infinitivo praesentis, I, 35, 3. 36, 4. II, 20 1. VI, 38, 3. 86, 1. VII, 73, 1 cum infinitivo aoristi copulatur.

## 7) VERBA INCITANDI

(qualia sunt jubendi, cohortandi, rogandi, suadendi).

*ἀγγέλλω* (sc. *ἀγγέλλων κελεύω*). Inf. praesentis: IV, 8, 2. *ἀγγελίας ἐλθούσης ἀποπλεῖν* VIII, 19, 1. *παραγγέλλω* V, 10, 3. *περιαγγέλλω* I, 116, 1. II, 10, 1. 80, 2. IV, 8, 1. V, 54, 2. *ἐπαγγέλλω* VI, 46, 8. Inf. aor.: V, 71, 3. 73, 2.

*ἀναιρεῖ ὁ θεός*. I, 25, 1 (praes. simul cum aoristo) et I, 126, 2 (aor.). Similiter *χράω* cum infinitivo praesentis II, 102, 4 et V, 16, 5, cum aoristo I, 134, 4 (bis). *ἦν χρηστήριον — ἀφιέναι* I, 103, 2.

*ἀνεβόησε εὐθὺς λαβεῖν τε αὐτοὺς καὶ ἀποκτεῖναι* I, 53, 3. *ἐπιβοάω* cum praesente IV, 28, 3 et VII, 70, 7,

cum aoristo VII, 70, 7 et VIII, 92, 8. *θεοὺς ἐπιβοώμενοι πεῖσαι* III, 59, 2.

*ἐπιθειαζόντων μὴ κατάγειν* VIII, 53, 2. *ἐπεμαρτύρετο μὴ ἀποδέχεσθαι, ἀλλ' ἤδη ἀποκτείνειν* VI, 29, 2. *ἀνάκλησις θεῶν μὴ στερῆσαι* VII, 71, 2.

*κελεύω* ejusque composita. Infin. praesentis: I, 26, 1. 26, 2. 28, 1. 44, 1. 42, 2. 56, 1 (bis). 67, 2. 82, 1 (sexies). 90, 3 (ter). 91, 2. 107, 1. 123, 3. 126, 1. 128, 2. 138, 1. 139, 1 (bis). 140, 4 (ter). II, 12, 2. 13, 3. 21, 2. 73, 1. 81, 1. 85, 1. III, 27. 92, 4. 94, 4. 97, 1. 105, 4. 112, 3. IV, 3, 1. 22, 2. 28, 1. 38, 2. 48, 1. 93, 2. 104, 3. 108, 3. 108, 5. 114, 1. 114, 5. 130, 5. 132, 2. V, 10, 3. 21, 1 (bis). 22, 1. 30, 6 (bis). 32, 4. 41, 3. 43, 3. 46, 2. 61, 1. 64, 3. 84, 4. VI, 7, 3. 51, 2. 53, 1. 62, 4. 88, 7. 93, 2. 93, 3 (ter). VII, 1, 3. 5, 3. 21, 5 (bis). 31, 3. 31, 4. 35, 1. 65. 73, 4. 83, 1. 85, 1. 85, 2. VIII, 7, 2. 9, 3. 14, 2. 27, 4 (bis). 31, 1 (bis). 35, 2. 38, 3. 43, 4. 45, 3. 46, 4. 79, 1. 86, 4. 86, 5 (bis). 87, 1. 89, 1 (bis). 100, 2. IV, 28, 3. VIII, 97, 2. I, 128, 1. VI, 13 (quater). Infinitivus aoristi: I, 56, 1. 90, 3. 91, 2 (ter). 101, 1. 129, 1. 143, 5 (bis). II, 6, 2. 67, 3. 73, 1. 85, 3. III, 7, 1. 36, 3. 44, 1. 55, 1. 81, 1. IV, 11, 3 (ter). 22, 1. 30, 3. 70, 1. 98, 5. V, 21, 2 (bis). 32, 4 (bis). 32, 5. 41, 3. 46, 2. 46, 3. 72, 1. 80, 3. VI, 51, 1. 58, 1. 101, 2. 102, 2. VII, 39, 2 (bis). 50, 4. 85, 1. VIII, 46, 4. VI, 13 (bis).

*λέγω*. I, 78, 3 (ter). II, 71, 3 (ter). II, 5, 3 (praes.). VIII, 67, 3 (aor.). *προςπέμψαντος λόγους ὥςτε μνησθῆναι* VIII, 47, 2. *ἀντέλεγε μὴ ἀποκτεῖναι* III, 41. *διελεγέσθην μὴ ποιεῖν μάχην* V, 59, 5.

*εἶπον* ejusque composita. Inf. praes.: I, 131, 1. II, 6, 2. 24, 2. III, 71. IV, 2, 2. 98, 5. 118, 8. I, 35, 1. 135, 2. 139, 2. 140, 3 (ter). I, 40, 2. V, 30, 2. 39, 2. 40, 2, 58, 4. VI, 30, 1. VI, 42, 6. 61, 4. 67, 2. VII, 4, 7. 18, 3. 20, 1. 20, 3. 77, 6. VI, 13, 1. VIII, 69, 3. 86, 6. 39, 2 (quater). 22, 1. 64, 1. 69, 2. I, 26, 3. 43, 1. 45, 2. II, 13, 1, 84, 1. III, 66, 1. 104, 1. IV, 26, 3. IV, 80, 2. V, 30, 6. 64, 2.

VI, 61, 4. 65, 2. VII, 60, 1. Infinitivus aoristi: IV, 2, 2. III, 3, 3 (bis). V, 31, 4. VIII, 11, 3. VI, 61, 4. VII, 29, 1. IV, 9, 2. 128, 1. Pro *παρασκευάσασθαι* (VII, 50, 3) Abreschius in dilucidationibus Thucydideis (pag. 700) optime conjecit *παρεσκευάσθαι*.

*προαγορεύω* cum inf. praesentis I, 140, 4. II, 13, 2. IV, 97, 3.

*φράζω*. Inf. praes. III, 15. VII, 73, 4 (bis). Inf. aor. VI, 58, 2.

*ἔφη μὴ μέλλειν* VII, 49, 4.

*μεμφομένους μὴ πολλάκις περὶ τῶν μεγάλων βουλεύεσθαι* III, 42, 1, ubi recte Baverus *μέμφεσθαι* explicat vetare, nolle: „illos qui vituperationibus usi vetant, ne saepius de maximis rebus consilium ineatur.“

*κηρύσσω* et similia. Inf. praes.: I, 27, 1 (bis). IV, 68, 2. VII, 82. VII, 49, 1 *ὥςτε μὴ ἀπανίστασθαι*.

*τάσσω, ἐπιτάσσω*. Inf. praesentis: I, 19, 1. 99, 3. 101, 2. III, 50, 3. V, 31, 2. VIII, 74, 2. 86, 7. II, 7, 2 (bis). III, 22, 5. Inf. aoristi I, 101, 2. 117, 3. *προτάσσειν*: VI, 100, 1. VII, 29, 1. VIII, 26, 2.

*ἐπιτρέπω διαθεῖναι* I, 126, 5.

*ἐπιστέλλω*, similia. Inf. praes.: I, 57, 4. 129, 2. Inf. aor.: I, 57, 4 (bis). VIII, 90, 3. V, 37, 1 *ὥςτ' ἀπαγγεῖλαι*. VIII, 45, 1 *ὥςτ' ἀποκτεῖναι*. II, 85, 3.

*πέμπειν — βοηθεῖν* IV, 72, 1. *ἐπιδεῖν* IV, 132, 3.

*ἐπικαλέω μὴ γενέσθαι, παραδοθῆναι* III, 59, 2. *προκαλεῖσθαι — γενέσθαι* V, 111, 4. *εἶναι, ἀναχωρῆσαι* V, 112, 2. *πρόκλησιν οὐκ ἐδέχεσθε ὥςτε μηδετέροις ἀμύνειν* III, 64, 2. (*ξυγκαλέσας παρεῖναι* II, 10, 2).

*ἐνάγοντος* (instigante, ut) *ξυνεπιλαβέσθαι* VIII, 26, 1.

*ἀξιόω* (petere). Infinitivus praesentis: I, 39, 2 (ter). 43, 1. 90, 2. 95, 1. 133 (bis). 136, 3. II, 89, 1. III, 64, 1. 68, 1. 94, 2, 78, 1. 78, 4. 86, 2. V, 89, 1. VI, 44, 3. 47, 1. 63, 2. 88, 8. 92, 1 (bis). 92, 4. 92, 5. VII, 15, 2. 25, 7. 69, 3 (bis). 75, 3. VIII, 16, 1. 43, 3. 45, 4. 56, 5. Infinitivus aoristi: I, 90, 2. 95, 1. III, 44, 2. 58, 1 (ter). IV, 10, 4.

40, 1. 72, 3. 86, 2. V, 32, 5. 35, 5 (bis). 50, 1. VIII, 40, 1 (bis). 73, 3. *ἀξίωσιν εἰλήφεσαν μηδένα ὄχλον — Πελοποννησίων νεῶν ὑποχωρεῖν* II, 88, 2.

*νόμος ἐστι, νόμον καταστήσασθαι*, similia. *μὴ κτείνειν τούτους* III, 58, 2. *λαμβάνειν μᾶλλον ἢ διδόναι* II, 97, 4. *ὥςτε μὴ δέχεσθαι* I, 40, 3.

*τὰ ὅρκιά σφισιν εἶναι μὴ δέχεσθαι* VI, 52, 2.

*ἐπάρατον ἦν μὴ οἰκεῖν* II, 17, 1.

*ξυμβαίνω.* Infinitivus praesentis: I, 103, 1. 117, 3. V, 6, 4. *ὥςτε ξύμμαχοι εἶναι.* Infinitivus aoristi: II, 4, 4 (bis). IV, 54, 2. VIII, 28, 4. VII, 83, 1 *ἀποδοῦναι, ὥςτε ἀφεῖναι.* IV, 46, 2 *ὥςτε παραδοῦναι.* V, 61, 4 *ὥςτε δοῦναι, παραδοῦναι.*

*ξυνέκειτο αὐτοῖς ἐςπίπτειν* IV, 68, 4.

*ξυνηνέχθησαν γνώμῃ ὥςτε ἀπαλλάσσεσθαι* IV, 65, 1.

*γενομένης ξυμμαχίας πολεμεῖν — ἄγειν* V, 48. *βοηθεῖν* VI, 79, 1. V, 27, 2 *ὥςτε ἐπιμαχεῖν.* I, 44, 1 *ἐποίησαν ἐπιμαχίαν βοηθεῖν.*

*ὁμολογίαν ποιεῖσθαι, ὁμολογία γίγνεται*, similia. Infinitivus praesentis: I, 29, 3 *ὥςτε ἔχειν.* III, 28, 1 *ὥςτε ἐξεῖναι.* Infinitivus aoristi: *ὥςτε παραδοῦναι, μὴ ἀποθανεῖν* VII, 82, 2.

*σπένδονται.* Infinitivus praesentis: III, 109, 2. IV, 118, 9. VI, 7, 2 *ὥςτε μὴ ἀδικεῖν.* VIII, 20, 2 *ὥςτε δέχεσθαι.* Infinitivus aoristi: VII, 83, 1. *σπονδὰς ποιεῖσθαι, σπονδαὶ ἐγένοντο*, similia: III, 75, 1 *ὥςτε νομίζειν.* III, 114, 3. V, 47, 4. 47, 6. V, 18, 10. VIII, 37, 2.

*προςέφερε λόγους — ξυναποστῆσαι* I, 57, 3.

*αἰτέω* ejusque composita. Infinitivus praesentis: III, 59, 2. V, 63, 3. III, 58, 1. Infinitivus aoristi: I, 132, 6. III, 52, 4. (59, 2). 61, 1. V, 32, 5 (si quidem Arnoldii emendationem *αἰτουμένων* probaveris). III, 58, 1 (bis).

*ἐπισκήπτουσιν ὑμῖν — μηδὲν νεωτερίζειν·* II, 73, 3. *μὴ παραδοθῆναι* III, 59, 4.

*δικαιόω* cum praesente bis I, 140, 2 totidemque cum aoristo reperitur IV, 64, 2.

*δέομαι.* Infinitivus praesentis: I, 24, 3. 25, 2. 26, 2.

IV, 130, 3. V, 32, 3. VI, 8, 1. 34, 3. 86, 4. VII, 63, 2 *μὴ ἐκπεπλῆχθαι — ἐνθυμεῖσθαι.* Infinitivus aoristi: I, 24, 3. 25, 2. 75, 1. V, 39, 1. 50, 4. VI, 6, 3. 19. 86, 4. I, 119 *ὥςτε ψηφίσασθαι.*

*πείθω.* Infinitivus praesentis: I, 58, 1. 93, 1. 111, 1. II, 29, 5. 33, 1. 59, 1. 60, 4. 67, 1. III, 3, 2. 42, 4. 48. 71. 115, 2. IV, 91, 2 (bis). 93, 1. V, 40, 2. 98. VI, 33, 1. 61, 4. 73. 88, 8. VII, 1, 3 (bis). 12, 1. 33, 5. 33, 6 (bis). 39, 2. VIII, 6, 2. 12, 1. 93, 2. — Infinitivus aoristi: I, 14, 3. 58, 2 (bis). 109, 1. II, 29, 5. 67, 1. 80, 1. 85, 4. III, 4, 3. 48. 70, 1. 75, 2. 80. 81, 2 (bis). 86, 2. 101, 1. 102, 2. IV, 21, 3. 84, 2. V, 4, 4. 40, 2. 46, 2. 52, 2. 76, 3. VII, 1, 3. 13, 3. 73, 2. 86, 3. VIII, 12, 1. 28, 2. 44, 2. 53, 3. Saepissime infinitivo additur *ὥςτε* particula: II, 2, 4 *ὥςτ' εὐθὺς ἔργου ἔχεσθαι καὶ ἰέναι ἐς τὰς οἰκίας.* III, 31, 2 *ὥςτε ξυμπολεμεῖν.* III, 66, 1 *ὥςτε ἐξελθεῖν.* III, 70, 3 *ὥςτε χρήσασθαι.* III, 75, 1 *ὥςτε ξυγχωρῆσαι.* III, 100, 1 *ὥςτε πέμψαι.* III, 102, 4 *ὥςτε ξυγχωρῆσαι.* V, 16, 5 *ὥςτε χρῆσαι.* V, 35, 6 *ὥςτε ἐξαγαγεῖν.* VIII, 45, 3 *ὥςτε ξυγχωρῆσαι.*

*ἀναπείθω.* Infinitivus praesentis: I, 140, 1. III, 70, 4. Infinitivus aoristi: III, 94, 3. V, 80, 2. VI, 60, 2. II, 101, 3 *ὥςτ' ἀπελθεῖν.* VIII, 5, 2 *ὥςτε μὴ ἐπισχεῖν.*

*ξυναναπείθω ποιεῖσθαι, πέμπειν* VI, 88, 9. *μὴ ἀθυμεῖν* VII, 21, 2.

*ξυνεβούλευσε ἐκπλεῦσαι* I, 65, 1.

*παραινέω, παραίνεσις γίγνεται* et quae sunt similia. Infinitivus praesentis: I, 93, 5. II, 13, 2 (sexies). 18, 2. 60, 3. III, 5, 3. IV, 41, 3. V, 36, 1 (bis). VI, 9, 3 (bis). 12, 2. 15, 1 (bis). VII, 63, 2 (praesens et perfectum). VIII, 26, 3. VIII, 46, 1. V, 69, 2. IV, 91, 2. Infinitivus aoristi: III, 31, 1. 77, 1. IV, 27, 3. 41, 3. V, 33, 2. VIII, 26, 3. IV, 91, 2.

*προτρέψαι τοὺς Λακεδαιμονίους ἀναγαγεῖν* V, 16, 6. *ὥςτε πειρᾶσθαι* VIII, 63, 2.

*γνώμην ποιοῦμαι, γνώμην λέγω,* similia (condicionem offero vel rogationem fero). Infinitivus praesentis: VIII, 86, 3. VIII, 67, 2. II, 24, 2. III, 38, 1 *προθέντων λέγειν.*

*διδάσκω* (suadeo). Infinitivus praesentis: I, 136, 2 *καθέζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν*. IV, 46, 3 *διδάξαντες ὡς κατ' εὔνοιαν δὴ λέγειν*. VII, 18, 2 *τειχίζειν καὶ μὴ ἀνιέναι τὸν πόλεμον*. Infinitivus aoristi: IV, 83, 2 *μὴ ὑπεξελεῖν τῷ Περδίκκᾳ τὰ δεινά*. VIII, 45, 3 *ὥςτε πεῖσαι*. I, 120, 2 *διδαχὴ — ὥςτε φυλάξασθαι*.

*πάθοιτε* (sequamini nos suadentes, lasst euch rathen) *μὴ προέσθαι ἡμᾶς* I, 36, 3.

Restat, ut illud *πέμψαι*, quod est in sermone obliquo IV, 50, 3, duosque infinitivos, qui imperativi significationem habent, afferamus: V, 9, 5 *σὺ δὲ Κλεαρίδα ἐπεκθεῖν καὶ ἐπείγεσθαι* et VI, 34, 8 *παραστῆναι παντί*.

Collatis omnibus exemplis, quae cum lege, in qua versamur, congruunt, si jam ad ea accedimus, quae ei repugnant, maxime movemur insolentia loquendi, quae est VI, 57, 2 *ἐβούλοντο — προτιμωρήσεσθαι*. Poppo quidem in annotatione acquievit in futuro, quod cum *βούλεσθαι* iterum cap. 101, 4 conjunctum esse dicit, sed hoc loco ipse ut omnes editores optimorum codicum scripturam, aoristum *ἀποκλήσασθαι*, adoptavit eoque concessit, futurum hic non habere locum. Et mea quidem sententia VI, 57, 2 pariter est delendum. Certe veteres grammatici (sicuti Phrynichus pag. 336 ed. Lobeckianae et Thomas Magister pag. 68, 4 ed. Ritschelianae) *βούλομαι* verbo infinitivum futuri annecti vetant. Quamquam concedendum est, veteres illos magistros, „qui omnia mallent ad perpendiculum directa", saepius usum loquendi scriptorum magis ad arbitrium definiisse quam diligenter indagasse, in quo demonstrando Lobeckius in annotationibus ad Phrynichi librum pag. 746 sqq. multus est, caveamus tamen, ne cum inutilibus praeceptis rejiciamus utilia neve dicamus fixis terminis infinitivorum tempora carere: nam infinitivus futuri a praesentis et aoristi infinitivo certissimis limitibus sejungitur. Etenim ubi infinitivus propositum quo quis tendit indicat, non est, cur futuri notio efferatur. Foedissimus sane evaderet pleonasmus, si diceremus *βούλομαι ποιήσειν* et, quod majus est, a linguae ratione

aberraremus. Nam si hoc unum concesseris, infinitivum, qui e verbis voluntativis similibusque pendeat, substantivi verbalis naturam induere, enuntiandi vi fere privari, vix expedies, qui fiat, ut certo tempori adstringatur tanquam verbum finitum. Quam ob rem in aliis quoque linguis, quae graecae sunt cognatae, quibus simplex infinitivi constructio non est aliena, infinitivum futuri in ista structura numquam invenies. Quis enim vernacule dixerit: „ich will thun werden"? quis latine: „volo me facturum esse"? Maximi vero momenti hac in re est Latinorum usus loquendi, quippe qui in accusativo cum inf. non spernunt futurum, in simplici infinitivi structura prorsus respuunt. Itaque cum latinum sermonem nobis considerantibus sponte pateat, infinitivum futuri esse formam secundariam, quae *περιφραστικῶς* efficta sit, ut in accusativo c. inf. pro verbo finito poneretur, me non aberrare puto a vero, si in graeca quoque lingua infinitivum futuri in eundem finem creatum esse censeo. Atque *βούλομαι* verbum cum infinitivo futuri copulari Lobeckius l. l. ne uno quidem exemplo probare conatus est; at Cobetus (Novae lectiones pag. 365 et 406. Variae lectiones pag. 99) jure monuit, in tantillo infinitivi aoristi et futuri discrimine haud raro a librariis peccatum esse. Librariorum autem peccata, non scriptorum soloecismos haec futura habenda esse ex eo facile colligas, quod, ubi futuri forma ab aoristo valde discrepat, tempora non permutantur, ubi similia sunt, miscentur: *οἴσειν* pro *ἐνεγκεῖν* positum non reperies, *ποιήσειν* vero vel *πράξειν* vel *χρήσεσθαι* pro aoristis saepius occurrunt. Sic Thucydidis verba vel in optimis libris manu scriptis varie traduntur his locis: I, 10, 2 (ed. Bekkerianae). 26, 14. 28, 12. 72, 33. III, 66, 26. IV, 21, 6 (ubi et futurum et aoristus et praesens leguntur). 24, 27. 29, 36. 55, 13. 60, 10. 63, 29. 120, 2. V, 28, 3. 30, 33. 82, 21. VI, 24, 19. 61, 26. VII, 5, 24. 11, 4. VIII, 2, 13. Jam vides, quam inconsiderate et sine ullo judicio scribae *α* et *ε* litteras conturbent: prorsus barbaricas voces nonnumquam effinxerunt, ut I, 10, 2 *περαιώσασθαι* (G) pro *περαιωθῆναι*, IV, 120, 2 *τρέψασθαι*

(A B E F) pro τραπέσθαι, quibus, Cobeto auctore, ex aliorum scriptorum libris addam συγκαταβιώσασθαι, προςάξασθαι, ὑπακούσασθαι. „At, inquiat quis, hic quidem codices mutuo mendas suas detegunt; sed ubi mirum in modum consentiunt rectasque formas praebent, veluti in illo Thucydidis loco, nihil est quod emendetur: Bekkerus sane ceterique editores ad unum omnes non ausi sunt emendare.“ Nihilominus, etsi temerarium videtur Bekkero repugnare, facere non possum quin προτιμωρήσεσθαι mutem in προτιμωρήσασθαι aoristum. Maximi equidem codicum auctoritatem facio, in qua est omne fundamentum artis criticae, sed magis colo rationem. Neque, cum ipse Bekkerus, hoc praeceptum secutus, neglectis omnibus codicibus, II, 4, 12 προβαλλόντων scripserit, IV, 93, 12 ἀμυνουμένους restituerit, alibi alia emendaverit, nos codicum auctoritas impedire potest, quominus VI, 57, 2 προτιμωρήσασθαι legamus. Quodsi hoc unum consideraveris, βούλομαι et ἐθέλω verba apud Thucydidem quadringenties cum praesentis vel aoristi infinitivo conjungi, semel cum futuro sociari, non dubitabis, quin false illud τιμωρήσεσθαι traditum sit.

„At διανοοῦμαι, dixerit quispiam, quinquies (IV, 115, 2. 121, 1. VII, 56, 1. VIII, 55, 2. 74, 3) cum futuri infinitivo copulatur et διάνοια ἦν ejusdem formae consociationem iniit (IV, 52, 2). An emendandi sunt hi loci; etiam οἴσειν (IV, 121, 1) in ἐνεγκεῖν, ἐνήσειν (IV, 115, 2) in ἐνεῖναι mutandum?“ Minime. „Itaque prorsus idem esse censes, sive cum aoristi, sive cum futuri infinitivo conjungatur διανοοῦμαι.“ Et hoc quoque nego. Sunt enim aliquot verba, quae simul et vim dicendi cogitandive habent et verba ἐφετικὰ esse possunt, quorum duo, ἀξιοῦν et δικαιοῦν, jam supra tractavimus. Sic γιγνώσκω primitus est cognoscere, γνώμη sententia; cum vero scientia et sententia modo id spectet, quod vere est, modo illud, quod esse debet, γιγνώσκειν et γνώμη in significationem statuendi abeunt, i. e. e verbo cogitandi evadit voluntativum, ἐφετικόν. Hinc sequitur, ut γιγνώσκω duas habeat structuras: ubi enim significat scire,

vulgo cum participio conjungitur aut, ut nonnumquam fit apud Thucydidem (I, 69, 3. 79, 2. 87, 4. 118, 3. II, 62, 4. 65, 9. III, 48. V, 82, 3. VI, 18, 8), accusativum c. inf. recipit; sin autem statuendi vim continet, simplicem infinitivum poscit. Consimilis est ratio *διανοοῦμαι* verbi, quod e voce sentiendi *νοέω* natum[9] primum cogitandi vim accepit, tum ad notionem consilii capiendi vergit (cf. Hom. *E* 665 *τὸ μὲν οὔτις ἐπεφράσατ' οὐδ' ἐνόησεν | μηροῦ ἐξερύσαι δόρυ μείλινον*, passim cum infinitivo). Optime igitur cum nostro denken, latino cogitare conferri potest. Quodsi *διανοοῦμαι* duplicem vim habet, non est mirum, quod modo cum simplici infinitivo conjungitur, modo sicuti verba putandi accusativum c. inf. recipit. Quae cum ita sint, infinitivus futuri sequitur, quoties verbum *διανοεῖσθαι* significationem cogitandi, cum animo reputandi continet; sed etiam tum propositum consiliumque indicare potest. Nam res est notissima, id quod in consilio alicujus positum sit, ut rem futuram narrari, quo fit, ut nos pro: ich gedenke in den Ferien eine Reise zu machen, dicamus: ich denke, ich werde in den Ferien eine Reise machen, Latini pro: „decrevi proficisci" hoc enuntiandi modo utantur: „arbitror me profecturum esse." Pari modo Thucydides VII, 56, 1, cum scripserit *διενοοῦντο κλῄσειν*, quasi cogitata Syracusanorum ante mentem nobis ponit, id quod nos hunc fere in modum assequi possumus: Andererseits kreuzten nunmehr die Syrakusaner ohne Furcht im Hafen herum und dachten in ihrem Sinn: „Wir werden den Hafen sperren." Quae futuri significatio jam manifestius expressa est IV, 52, 3 *καὶ ἦν αὐτῶν ἡ διάνοια τάς τε ἄλλας πόλεις — ἐλευθεροῦν, — καὶ τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ ῥᾳδίως ἀπ' αὐτῆς ὁρμώμενοι τήν τε Λέσβον ἐγγὺς οὖσαν κακώσειν καὶ τὰ ἐν τῇ ἠπείρῳ Αἰολικὰ πολίσματα χειρώσασθαι.* Haasius, qui illud *ἦν αὐτῶν ἡ διάνοια* ad verbum expressit

[9]) Satis constat, *νοέω* apud Homerum valere idem quod sentire, sensibus percipere, ut *O* 422. *Ω* 294. *Γ* 374 *ὀξὺ νόησε*, passim. cf. Classen Beobachtungen über den homer. Sprachgebrauch IV, pag. 11.

„propositum eorum erat", duplicem vero notionem hujus formulae non respexit, coactus est et futurum neglegere et ῥᾳδίως adverbium omittere („et, collecto reliquo etiam apparatu, inde proficiscentes Lesbum vicinam infestare"): utrique scilicet nullus est locus, si a mero verbo decernendi pendere statuitur. At dubium non est, quin διάνοια ἦν putandi notionem contineat ideoque futuri infinitivum recipiat. Quae cum ita sint cumque ῥᾳδίως ad utrumque infinitivum pertineat (ad κακώσειν et χειρώσασθαι), id quod τε — καὶ conjunctiones indicant, consequens est, ut in aoristi locum restituenda sit genuina scriptura χειρώσεσθαι.

VI, 6, 1 pro ἄρξειν facile ἄρχειν vel ἄρξαι conjeceris; sed nihil opus est conjectura, propterea quod e verbis ἐφιέμενοι τῇ ἀληθεστάτῃ προφάσει supplendum est verbum cogitandi. Neque enim Athenienses cupiebant solum Siciliam sibi subjicere, verum etiam sperabant fore ut sibi subjicerent: „cupidine accensi et spe adducti, se totius insulae imperio potituros esse, in Wahrheit angespornt durch den Gedanken, sie würden die ganze Insel unter ihre Herrschaft bringen."

III, 36, 1 παρεχόμενον — ἀπάξειν ex analogia verborum promittendi dictum est eodem modo ac VI, 65, 2 ἥξειν verbo ξυνέθετο adjectum; ubi vero officii debitique vis praevalet in ξύγκειται, ξυνθήκη ἐστὶν, ὁμολογίαν ποιοῦμαι, similibus, praesentis aut aoristi infinitivus necessarius est. III, 34, 3 προκαλεσάμενος ἐς λόγους Ἱππίαν ὥςτε, ἢν μηδὲν ἀρέσκον λέγῃ, πάλιν αὐτὸν καταστήσειν facillimum est ad explicandum, modo agnoscas, scriptorem, cum futurum scripserit, verbum promittendi ante oculos habuisse; contra VII, 21, 2 ἀθυμεῖν ἐπιχειρήσειν, etsi Floeckium (pag. 35) ne offendit quidem, non esse ferendum existimo. Nihil enim ego invenire possum quo futurum defendam, et praeferrem sine dubitatione Badhami conjecturam ἐπιχειρῆσαι[10]), nisi altius scripturae menda latere videretur. VI, 61, 3 Floeckius

---

[10]) Charles Badham Adhortatio ad juventutem academicam Sydneiensem (Sydneiae 1869) pag. 24.

(pag. 34) pro *διαχρήσασθαι* scribere suadet *διαχρήσεσθαι*, quod praebeant nonnulli codices eique magnae auctoritatis; hunc enim sensum subesse: „Tradiderunt obsides spe ducti, Argivorum populum eos his de causis esse interfecturum.“ Sed cum infinitivus futuri, qui accusativo caret, ad subjectum semper referatur, in hac explicatione nemo acquieverit. V, 35, 5 *κομιεῖν* non e *πειράσεσθαι*, ut volunt Kruegerus et Haasius, sed ex *ἔφρασαν* pendet. II, 29, 5 *πέμπειν*, scriptura Laurentiani C et Monacensis G, adoptanda est, sicuti I, 27, 2 post *ἐδεήθησαν* eorundem codicum lectio *πέμψαι* recipienda.

At erunt fortasse, qui omnia, quae disputavi, vana esse dicant, propterea quod *μέλλειν*, cui neque dicendi neque cogitandi sensus subsit, apud omnes scriptores graecos cum futuri potissimum infinitivo jungatur. Atque hujus rei explicatio non e syntaxi neque e stabilito linguae usu, sed ex etymologia et pristino loquendi more depromenda est. Nam postquam Curtii studiis (cf. Grundzüge der griech. Etym. pag. 308 et 99) demonstratum est, radicem *smar*, graece *μερ*, e qua procreatum est *μέλλω*, significatione cogitandi primitus praeditam fuisse, constat, infinitivum futuri, qui sequitur verbum *μέλλω*, ejusdem esse generis, cujus sit ille, qui adjicitur *διανοοῦμαι* verbo. Quid igitur mirum, quod Graeci, assueti illo futuro, tenaciter hanc structuram servaverunt, licet principalis verbi vis paulatim mutata sit? Mihi quidem *μέλλω ποιήσειν* et quae similia sunt, non pleonasmi videntur esse, sed vestigia veteris loquendi usus, quae docent, *μέλλω* quondam fuisse verbum putandi; cum vero idem verbum magis magisque naturam voluntativi assumpsisset, non a praesentis denique, ne ab aoristi quidem infinitivo abhorrebat. In iis vero, quae Floeckius (pag. 35) de variis rationibus illius verbi construendi protulit, cum dicit originariam ejus significationem vim durandi continere ideoque rationem postulare, ut cum praesentis infinitivo copuletur, infinitivum futuri autem idcirco adjungi videri, ut actio instans „acrius exprimatur“, cum eo facere non possum. Nam

usitatissimum infinitivum, scilicet futuri, tanquam contra regulam usurpatum tractat, aoristum *μέλλειν* voci annexum ne explicare quidem potest omninoque a falsa sumptione proficiscitur. At si Curtii etymologiam amplecteris, omnia recte procedunt neque offenderis *ἄν* particula addita futuro VI, 66, 1 *ἐν ᾧ μάχης τε ἄρξειν ἔμελλον ὁπότε βούλοιντο καὶ οἱ ἱππῆς τῶν Συρακοσίων ἥκιστ' ἂν αὐτοὺς καὶ ἐν τῷ ἔργῳ καὶ πρὸ αὐτοῦ λυπήσειν,* simulque perspicies cavendum esse, ne subtilius differentiam inter *μέλλω ποιήσειν* et *μέλλω ποιεῖν* vel inter *μέλλω ποιήσειν* et *μέλλω ποιῆσαι* perscrutemur. Aoristi infinitivus sane differt a praesente (cf. I, 86, 3 *μέλλοντες ἀδικεῖν* cum III, 92, 1 *μελλήσαντες Ἀθηναίοις προςθεῖναι σφᾶς αὐτούς*), sed futurum, quod rem et momentaneam et durantem potest indicare, modo cum praesente congruit (III, 49, 3 *δράσειν,* III, 82, 5 *δρᾶν;* VII, 69, 2 *ἀνάγεσθαι,* VI, 32, 1 *ἀνάξεσθαι;* VII, 31, 1 *περαιοῦσθαι,* I, 10, 7 *περαιώσεσθαι*), modo cum aoristo ne tantulum quidem discrepat (III, 92, 1 *προςθεῖναι σφᾶς αὐτούς,* IV, 66, 3 *προςχωρήσεσθαι*), ita ut, quoties variorum infinitivorum formae inter se non differunt, nullam praebeant ansam ad tempus definiendum. Dic, quaeso, utrum *ἰέναι* ejusque composita, quae verbum, de quo agitur, sequuntur, praesentia an futura sint existimanda. *Ἰέναι* pro futuro usurpari e permultis locis elucet (cf. I, 91, 3. II, 21, 1. II, 11, 4. V, 7, 2. IV, 73, 1, passim) neque veri est dissimile, a Graecis post *μέλλω* pro futuro acceptum esse; sed idem necessaria ratione dijudicare nequis (cf. IV, 94, 2. 125, 2. V, 69, 1. VI, 20, 1. 96, 1. VII, 78, 3. VIII, 23, 4). Idem de *ἐςβαλεῖν* (I, 114, 1. II, 18, 1) et *προςβαλεῖν* (VII, 22, 1) valet, quae et aoristi et futura esse possunt. Atque his, ut incertis, exemplis neglectis, *μέλλω* conjunctum invenitur:

1) *cum infinitivo futuri*: I, 10, 7. 22, 1. 22, 3. 107, 2. 107, 3. 130, 2. 132, 6. 134, 1. II, 8, 2 (bis). 12, 3. 13, 7. 24, 1. 67, 1. 67, 3. 71, 1. 72, 4. 76, 3. 89, 3. III, 11, 1. 11, 2. 12, 2. 16, 2. 20, 3 (bis). 22, 3. 40, 3. 49, 3. 70, 4. 75, 2. 115, 3. IV, 1, 2. 8, 5. 17, 1. 24, 2. 32, 4. 46, 3.

66, 3. 68, 4. 76, 2. 108, 4. 115, 2. 117, 3 (ubi, auctore Classenio, κρατήσειν legendum est). 122, 1. 124, 4. 132, 2. V, 11, 2. 38, 5. 66, 1. 75, 1. VI, 8, 1. 29, 3. 31, 5. 32, 1. 42. 66, 1. 67, 4. 90, 2. 90, 3. 99, 2. 104, 2. VII, 2, 2. 32, 1. 60, 1. 61, 2. 62, 1. 73, 4. VIII, 2, 2. 6, 5. 24, 4. 27, 1. 39, 2. 51, 1. 66, 1. 73, 1. 87, 3. 88.

2) *cum infinitivo praesentis:* I, 45, 2. 68, 2. 86, 3. 124, 1. 134, 3 (bis). II, 7, 1. 16. 75, 2. 81, 1. III, 80, 1. 82, 5. IV, 4, 2. 9, 1. 52, 3. 67, 2. 75, 1. 77, 1. 92, 2. 116, 2. 117, 3 (bis). V, 9, 1. 116, 1. VI, 21, 1. 42. VII, 4, 3. 31, 1. 31, 3. 50, 4. 69, 2. 83, 3 (D E F G exhibent πορεύσεσθαι). VIII, 5, 2. 66, 1. 79, 4. 85, 1.

3) *cum infinitivo aoristi:* III, 92, 1. V, 30, 1. 98. VI, 31, 1. — Quibus accedunt tres loci, ubi vis cunctandi in verbo regente cognoscitur: I, 86, 2 τιμωρεῖν — πάσχειν. I, 124, 1 μετελθεῖν — ποιεῖσθαι. VI, 10, 3 ἀμύνεσθαι.

Simplicem infinitivum ἄν particulam non admittere, res est notissima, quam nemo in dubitationem vocabit (cf. Hermann de part. ἄν pag. 14. Buttmann § 139, 5. Kuehner, Ausf. Grammat. § 207. Madvig, Gr. Syntax § 173). Offendit igitur, primo saltem aspectu, ἄν infinitivo post verbum impediendi addita VII, 6, 3 ἐκείνους ἀπεστερηκέναι, εἰ καὶ κρατοῖεν, μὴ ἂν ἔτι σφᾶς ἀποτειχίσαι; sed si meminerimus, scriptorem hic cogitata Syracusanorum exponere, recte illam particulam se habere animadvertemus. Jam σφᾶς pronomen satis indicat, μὴ ἂν τειχίσαι pendere e verbo cogitandi vel sperandi, quod est supplendum. Quid multa? Duae verborum constructiones in unam, ut saepius apud Graecos fit, coaluerunt, quarum altera est ἀπεστερηκέναι ἐκείνους, εἰ καὶ κρατοῖεν, μηκέτι αὐτοὺς ἀποτειχίσαι, altera οἱ Συρακόσιοι ἤλπιζον ἐκείνους, εἰ καὶ κρατοῖεν, οὐκ ἂν ἔτι σφᾶς ἀποτειχίσαι. Similiter explicandum est illud ἄν, quod in κἄν vocula latet VI, 80, 5. Etenim si diligentius hunc locum examinaveris, verba κἂν — τούσδε τε μὴ αἰσχρῶς δεσπότας λαβεῖν καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἔχθραν διαφυγεῖν, quamvis conjunctione ἢ artissime cum αἱρεῖσθε ἤδη ἢ τὴν αὐτίκα

ἀκινδύνως δουλείαν connexa esse videantur, non ab αἱρεῖσθε verbo pendere, sed a σκοπεῖτε apta esse animadvertes. Nam pergit Thucydides, quasi pro σκοπεῖτε οὖν καὶ αἱρεῖσθε ἤδη ἢ τὴν αὐτίκα ἀκινδύνως δουλείαν dixisset σκοπεῖτε οὖν ἢ αὐτίκα ἤδη αἱρετέαν εἶναι τὴν ἀκινδύνως δουλείαν. Denuo igitur apparet, qua libertate Thucydides in varianda verborum structura utatur.

## 8) INFINITIVUS QUI NOMINATIVI VEL ALIUS CASUS LOCUM TENERE VIDETUR.

ἄδικον cum infinitivo aoristi copulatur II, 63, 2 (bis). III, 63, 3.

ἀκίνδυνον — μὴ πολεμῆσαι I, 124, 3.

ἀδύνατον, ἀδύνατά ἐστι. Infinitivus praes.: I, 59, 1. 125. II, 97, 5. 72, 3. 74, 1. 80, 1. IV, 1, 2. 15, 1. III, 88, 1. V, 14, 3. VIII, 60, 1 μὴ οὐ βλάπτειν. Inf. aoristi: I, 138, 5. III, 10, 3. 102, 3. VI, 39, 2. 78, 3. VII, 44, 4.

αἰσχρόν. Infinitivus praes.: II, 40, 1 (bis). III, 63, 4. Inf. aor: I, 122, 3. 38, 3. III, 63, 3 (bis). IV, 86, 4. VIII, 27, 2.

ἀσφαλές — πορεύεσθαι I, 107, 2. ἀσφαλεστέρως ἔχει — προςχωρῆσαι IV, 71, 2. ἀσφαλέστερον δηλῶσαι VII, 14, 3. εὐτελέστερα εἶναι — κατατρῖψαι VIII, 46 (sec. Kruegeri conjecturam).

ἄμεινόν ἐστι. Inf. praesentis: IV, 19, 1. V, 43, 1. VI, 9, 1. VI, 99, 2. Infinitivus aoristi: I, 91, 4 (bis). IV, 91, 2. V, 47, 13. VI, 9, 1. VI, 34, 2. ἄριστον διασώσασθαι V, 46, 2. κρεῖσσόν ἐστι cum aoristo III, 112, 5 et IV, 46, 3. κράτιστα — ἡσυχίαν ἔχειν V, 40, 3.

ἀναγκαῖον vel ἀνάγκη ἐστι. Inf. praesentis: I, 37, 1. VII, 6, 1. VII, 77, 7. I, 32, 4. 40, 3. 71, 2. 73, 2. 144, 4. II, 89, 6. III, 59, 3. V, 17, 1. VI, 18, 3 (bis). 89, 4. Inf. aoristi: II, 61, 1 (bis). VI, 89, 1. 16, 1. 82, 1.

ἀνεκτὸν ξυγκεῖσθαι VIII, 52, 2.

ἀμύνασθαι μάλιστα τὴν τιμωρίαν ἀναλαμβάνει III, 38, 1.

ὅταν ᾖ κατορθώσαντι ἐλευθέρωσις ᾖ ἢ σφαλέντι μηδὲν παθεῖν ἀνήκεστον III, 39, 6.

ἀνεπίφθονον. Inf. praes.: I, 76, 1. VI, 83, 2. Inf. aoristi VIII, 50, 5 (bis).

ἄνοια πολεμῆσαι II, 61, 1. ἀνόητον ἰέναι VI, 11, 1.

ἐναντία γίγνεται — ἀποκρίνασθαι III, 53, 2.

ἄξιόν ἐστιν. Inf. aoristi: III, 62, 3. VII, 63, 2. VII, 86, 4.

ἄπορον περιορμεῖν IV, 26, 4. ἰδεῖν IV, 34, 2. ἐν ἀπόρῳ εἴχοντο — θέσθαι I, 25, 1.

βεβαιοτέρα σωτηρία — ἐλθεῖν VI, 60, 3.

βλάβη μὴ προδιδαχθῆναι II, 40, 2. δαπανᾶν—παραλαβεῖν — στερέσθαι III, 46, 2.

γενναῖον cum infinitivo praes. I, 136, 3 et IV, 92, 7 (bis), ubi γενναῖον est innatum, natura insitum.

δέδια ἔχειν I, 136, 1. κατέδεισαν ἐςελθεῖν IV, 110, 3 (ἀδεεῖς κινδυνεύειν VI, 87, 4).

αἰσχυνθεῖεν ἂν — λιπεῖν IV, 126, 4.

βοηθήσοι ναυμαχεῖν VIII, 61. τοῖς μὲν οὐκ ἠμύνατε σωθῆναι VI, 80, 2.

δεινόν VI, 78, 1 (praes.). VII, 25, 5 (aor.).

δίκαιον. Inf. praesentis: I, 35, 3 (ter). II, 44, 3. IV, 87, 1 (bis). IV, 114, 3. VI, 79, 2 (bis). VI, 86, 1 (ter). Inf. aoristi: III, 56, 3. 59, 3.

ἄρχομαι. Inf. praes.: I, 5, 1. 25, 4. 107, 1. III, 18, 3. IV, 46, 1. 132, 1. V, 15, 2. 32, 2. 60, 5. VIII, 105, 2. Inf. aor.: I, 103, 3. II, 68, 1. 47, 2. VIII, 105, 2.

δύναμαι. Inf. praesentis: I, 130, 1. 130, 2 (bis). 84, 1. 102, 3. 141, 3. II, 8, 3. 70, 1. 76, 2. III, 52, 1 (bis). IV, 33, 3. 34, 1. V, 76, 1. VI, 11, 1. 17, 6. 88, 7. VIII, 5, 5. 68, 2. 108, 3. Inf. aoristi: I, 3, 2. 42, 3. 69, 2. 110, 1. II, 19, 1. 68, 5. 100, 2. 77, 1. 25, 4. III, 5, 3. 12, 2. 20, 1 38, 4. 42, 2. 46, 2. 83, 2. 89, 2. 95, 1. 103, 1. 105, 4. IV, 33, 2 44, 4. 60, 1. 98, 3. 108, 1. 129, 4. V, 55, 2. 68, 1. 72, VI, 22, 1 (bis). 104, 3. VII, 4, 1. 36, 7. 38, 1. 55, 2. 56, 79, 2. VIII, 31, 2. 62, 2. 105 1. — δυνατόν ἐστιν cum i

finitivo praes. conjungitur IV, 87, 1; cum aoristo III, 42, 2. IV, 11, 3. VIII, 40, 3.

*ταὐτὸ ἤδη ἐποίει* αὐτοῖς νικᾶν τε — μηδὲ μάχεσθαι VII, 6, 2. ἐν ὁμοίῳ κρίνοντες καὶ σέβειν καὶ μή II, 53, 3.

*ἐθίζω* ὁμιλεῖν I, 77, 2. *εἴωθα.* Inf. praes.: I, 140, 2. 132, 5. 99, 1. II, 14. 45, 1. III, 38, 3. 39, 4. (84, 2). IV, 67, 3 (bis). 92, 5 (bis). 108, 3 (bis). V, 9, 1. 10, 5. VI, 58, 2. VII, 57, 8. VIII, 68, 4.

*ἔχω.* Inf. praesentis: I, 36, 4. 90, 2. II, 40, 3 ὥςτε τολμᾶν — ἐκλογίζεσθαι. 48, 2. III, 46, 3. IV, 83, 2. 85, 4. VII, 14, 3. VIII, 76, 5. Inf. aoristi: I, 137, 4. 143, 3. II, 37, 1. 65, 5. IV, 34, 3. V, 110. VI, 2, 1. 60, 2.

*δόξα* ἐστὶν — ὑμῖν μὴ χείροσι γενέσθαι II, 45, 2. ἐπὶ πολὺ τῆς δόξης ἐποίει — τοῖς μὲν ἠπειρώταις μάλιστα εἶναι, τοῖς δὲ θαλασσίοις τε καὶ ταῖς ναυσὶ πλεῖστον προέχειν IV, 12, 3. οὐ πρὸς δόξης — ἁμαρτάνειν — διαφθεῖραι — φείσασθαι — ἐπικλασθῆναι III, 59, 1.

*ἔξεστι* et *ἔστι.* Inf. praes.: I, 35, 2. 37, 3. 77, 1. 138, 7. III, 39, 6. V, 18, 2. 18, 4. 41, 2 (bis). 47, 2. 47, 4. 47, 6. 68, 2. IV, 24, 3. VI, 18, 3. VIII, 18, 2. 46, 1. 53, 1. Inf. aoristi: I, 35, 1. 40, 2. 131, 2. III, 28, 1. IV, 17, 3 (bis). 18, 3. 65, 3. II, 63, 1. 77, 4. 81, 5. 97, 2. III, 46, 1 (bis). IV, 8, 3. 9, 2. 11, 2. V, 40, 2. VI, 34, 5. VII, 11, 3. 12, 3. 44, 5. 61, 1. 71, 4. VIII, 46, 4. 47, 1. 53, 4. 74, 3. 21, 2. 27, 2. 48, 4. 53, 1. 53, 4. 67, 2. 86, 2. — ἐφ' ἑαυτοῖς εἶναι — προφέρειν VIII, 58, 4. ἔνι γνῶναι II, 40, 1. Similiter et γίγνεσθαι cum infinitivo aor.: IV, 68, 6. V, 93. Cognata sunt exempla, quae infinitivum ab εἶναι verbo una cum genetivo vel pronomine possessivo aptum habent: οὐ πάσης πόλεως ἔσται ὑποδέξασθαι (VI, 22, 3) vel ἡμέτερόν ἐστι προτηρῆσαι, προεπιβουλεύειν — ἀντεπιβουλεύειν (I, 33, 3). cf. I, 70, 2. 120, 3. III, 3, 1.

*ἐνδέχεται* I, 142, 4 (bis). 124, 2. VIII, 27, 3 cum inf. praes.

*ἐπιτήδειον* ἐλθεῖν VIII, 63, 3.

*ἐπιμελές* — εἰδέναι I, 5, 2 et IV, 67, 2.

*ἐπισταμένους* νεῖν VII, 30, 2.

*εὔλογον* ubique infinitivo praes. annectitur: VI, 76, 2 (quater). 84, 2.

*εὔορκον* cum praesente VI, 88, 3, cum aoristo V, 29, 3 (bis). V, 18, 10.

*ἐπιχώριον* ἄρξαι IV, 73, 2. μὴ χρῆσθαι, πράσσειν IV, 17, 2. *πάτριον* κτᾶσθαι I, 123, 1. ἀμύνεσθαι IV, 92, 2.

*ἐπίπονον* ἀφανίσαι III, 58, 2.

*εὔπορον* ἔχειν VIII, 48, 4. εὐπορία ἦν — ποιεῖσθαι IV, 52, 3. διιέναι IV, 78, 2. ἄπορον cum praesente IV, 26, 4; cum aoristo IV, 34, 2.

*εὐπρεπές* ἀποκρίνασθαι IV, 99. ἀπρεπές V, 111, 4 (perf. et aor.).

*εὕρημα* — διακινδυνεῦσαι V, 46, 2, fortuitum bonum illis esse fortunam belli periclitari.

*καλὸν* et *καλῶς ἔχει*. Inf. praes.: I, 81, 2. V, 59, 2. Inf. aor.: I, 38, 3. III, 55, 2. IV, 18, 3. VIII, 2, 1.

*κακότης* καὶ *δειλία* μὴ ἐπεξελθεῖν V, 100.

*κόσμος* (mos est) τοῦτο δρᾶν I, 5, 2.

*τολμάω*. Inf. praes.: I, 124, 2. III, 22, 4. VI, 86, 3. VII, 59, 2. VIII, 96, 2. Inf. aor.: I, 74, 4. 93, 3. II, 83, 2. III, 36, 2. 79, 1. IV, 28, 2. VI, 82, 4. VII, 21, 4. VIII, 24, 4.

*κινδυνεύομαι* cum infinitivo aoristi: II, 35, 1. III, 59, 2. 74, 2. VI, 40, 1. VIII, 78, 2. 91, 1. — IV, 57, 2 κίνδυνος — κατακλῄεσθαι. Quibus consimilis est III, 57, 3 δύο ἀγῶνας ὑπέστημεν — διαφθεῖραι — νῦν δὲ κρίνεσθαι.

*λαγχάνω* cum aoristo V, 21, 1 et V, 35, 2.

*ἔτυχον* πλεῖν III, 3, 2.

*νόμιμον* ἰέναι I, 85, 2. ἀποπλῆσαι VII, 68, 1. νομίζεται χρῆσθαι II, 15, 4.

*ξύμφορον* ἐπακοῦσαι II, 36, 3. ξυμφέρει δουλεύειν II, 63, 2.

*ὅσιον* ἀμύνεσθαι III, 56, 1.

*πρεσβύτατόν* ἐστιν — εὖ θέσθαι IV, 61, 4.

*βραχυτέραν* ἔσεσθαι τὴν βοήθειαν ἢ Σκύλλαιον περιπλεῖν τοῖς Ἀθηναίοις V, 53, 2.

*ῥᾴδιον*. Inf. praes.: I, 99, 2. VIII, 87, 2 (perf.). Inf. aoristi: I, 82, 5. V, 63, 1. 64, 3. VI, 9, 3. VII, 44, 1. 47, 3.

*σῶφρον* cum praesente VI, 6, 4. VI, 29, 2.

*περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι*, similia. III, 40, 6. 82, 6. IV, 117, 3 cum infinitivo aoristi.

*χαλεπόν ἐστι*. Inf. praes.: II, 44, 2. III, 59, 3. V, 104. VI, 38, 3. VII, 51, 1. Inf. aoristi: I, 22, 1. 142, 1. V, 74, 2. VI, 34, 4. VII, 87, 4. VIII, 68, 4.

*χρήσιμον* βασανίσαι, εὑρεῖν VI, 53, 3.

*προτιμηθείη* ἀποθανεῖν I, 133.

*ὀφείλων* bis cum aoristo IV, 19, 3.

*προςδέονται* δικάζεσθαι I, 77, 1.

*φιλεῖ*, fieri solet, vel ubi personaliter dicitur, facere solet, cum infinitivo praesentis: I, 78, 2. 141, 5. II, 62, 4. 65, 2. III, 42, 1. 81, 4. IV, 28, 3. 125, 1. V, 70. VII, 79, 2. 80, 3. VIII, 1, 5. Similiter πέφυκε: II, 64, 3. III, 39, 5 (bis). 45, 2. IV, 19, 3. 61, 4.

*οἷόν τε*. Infin. praes.: I, 91, 4. II, 44, 3. 60, 3. IV, 53, 3. VII, 42, 3. 47, 2 (bis). 78, 4. VIII, 92, 4. Infinitivus aoristi: I, 80, 2. 82, 5. IV, 22, 3. 32, 4. 69, 1. VI, 47, 2 (bis). 101, 1. VII, 4, 1. 14, 1. 20, 2. 42, 3. 60, 2. VIII, 2, 2. 60, 3.

*πάρεστι* cum praesente V, 103, 2 et VII, 65; cum aoristo IV, 19, 2. *παρατυχόν* I, 76, 3 et V, 60, 2 (aor.). *παρέχει* (contingit) — ἀμύνασθαι VI, 86, 4. παρασχὸν ξυμβῆναι, ἐπαίρεσθαι I, 120, 3. *περιγίγνεται* — ναυμαχεῖν II, 87, 4 et προκάμνειν II, 39, 3. *προςχωρήσῃ* — ἐλθεῖν IV, 59, 3. *ὑπάρχει* cum praesentis infinitivo I, 124, 1 et VII, 63, 2, cum perfecto I, 82, 5 et V, 9, 7, cum aoristo V, 9, 7.

*ξυμβαίνει*. Inf. praesentis: I, 95, 3. II, 38. 61, 2. IV, 99 (perf.). V, 26, 5 (bis). VII, 75, 1. VIII, 64, 3 (praes. et perf.). 82, 3. Inf. aoristi: I, 1, 2. 29, 3. 56, 1. II, 8, 3. 61, 2. III, 82, 9. IV, 6, 2. 62, 2. V, 10, 7. V, 92. VII, 57, 10.

*προςήκει* bis cum infinitivo praes.: VI, 14 et 16, 1.

*δεῖ*. Inf. praesentis: I, 39, 1. 68, 3. 73, 2. 81, 1. 84, 4. 123, 1. 129, 3. III, 39, 7. 40, 4 (ter). 47, 3. IV, 4, 2. 10, 4.

77, 1. VI, 21, 2. 68, 1. 68, 4 (bis). VII, 15, 1 (bis). 49, 2 (bis). VIII, 69, 3. 76, 2. Infin. aoristi: II, 24, 2. III, 40, 1. 61, 1 (bis). V, 53, 1. VII, 8, 3. 14, 3. VIII, 81, 3. 98, 2. Cum dativo et infinitivo jungitur II, 92, 4 αἷς ἔδει παραγενέσθαι et III, 102, 4 ἕως τοῖς Ἀμπρακιώταις δέοι βοηθεῖν.

χρή. Inf. praesentis: I, 9, 3. 10, 4. 40, 4. 69, 2. 78, 2. 82, 4. 119. 139, 4. 144, 4 et 144, 5 (quater). II, 11, 4. 44, 2. 54, 3. 64, 2. (III, 43, 3). III, 46, 4. 46, 5 (ter). 56, 4. 64, 2. IV, 29, 4. 68, 3 (bis). 68, 5 (bis). 125, 1. V, 61, 2. VI, 9, 1. 11, 5. 12, 1 (perf.). 22, 1—3 (quinquies). 25, 1 (ter). 38, 3. 49, 1. (bis). 49, 3. 57, 2. 85, 1. 91, 4. 91, 5. VII, 21, 1. 47, 2. 48, 6. 61, 1 (bis). 62, 3. 77, 1. VIII, 1, 4 (ter). 51, 1 (bis). 78, 2 (bis). 84, 3 (bis). 89, 3 (bis). 92, 10. 95, 3. χρεών: II, 61, 3 (bis). VI, 18, 1 (bis). 18, 2. — Infinitivus aoristi adjicitur: I, 40, 1. 80, 2. 91, 1. 143, 4, II, 4, 1. III, 11, 3. 53, 2. 56, 4. 62, 4. IV, 60, 1 (bis). 62, 1. 90, 4. 92, 3. 126, 3. V, 63, 2 (bis). VI, 9, 1 (bis). 22, 2. 23, 1. 60, 2 (bis). 72, 4. VII, 44, 1. VIII, 1, 4 (bis). 32, 3. 40, 3. χρεών V, 49, 3 (bis).

εἰκός. Infin. praes.: I, 10, 4 (ter). II, 62, 4. III, 55, 1 55, 2. VI, 80, 1. 85, 3. VII, 44, 2 (bis). Inf. aoristi II, 53, 3.

9) INFINITIVUS QUI SUPPLEMENTI VICE ITA ADJECTIVIS ADDITUR, UT IDEM VALEAT, QUOD LATINE SUPINUM IN *-u* VEL GERUNDIUM CUM PRAEPOSITIONE AD.

ἀδύνατος. Praes. inf.: I, 73, 3. 105, 3. 141, 5. II, 11, 4. 81, 1. 84, 2. 100, 1. III, 37, 1. 42, 4. IV, 129, 1. VI, 91, 2. VII, 15, 1. Inf. aoristi: I, 32, 4. 117, 3. III, 10, 3. 37, 5. IV, 12, 2. 84, 2. 85, 4. V, 33, 2. VI, 86, 2. 102, 2. VII, 43, 2. 64, 2. VIII, 56, 3. 66, 3. 68, 4.

δυνατός. Inf. praesentis: I, 139, 4 (bis). II, 28. III, 38, 3. 39, 1. 46, 1. 47, 3. IV, 66, 2. V, 21, 2. VIII, 44, 1. 76, 3. 76, 4 (bis). Inf. aoristi: I. 128, 5. 141, 5. II, 72, 4. 97, 5. III, 46, 1. 86, 2. VI, 86, 2. VII, 56, 2. VIII, 106, 3.

— Similiter dictum II, 44, 2 *οἷς ἔτι ἡλικία τέκνωσιν ποιεῖσθαι.*

*σπείσασθαι ἡμέραν τοὺς νεκροὺς ἀνελέσθαι* IV, 114, 2.

*κύριος.* Inf. praes. V, 63, 3. VIII, 5, 3 (ter). Inf. aor. IV, 18, 1.

*αὐτοκράτορες ἥκουσι — ξυμβῆναι* V, 45, 1.

*ἄξιος.* Inf. praes.: I, 76, 3. 75, 1 (perf.): II, 40, 1. III, 67, 3 (bis). Inf. aoristi: I, 70, 1. 138, 2. 142, 1. II, 53, 4. VII, 30, 3. — *ἀξιόχρεων — ὄντων δρᾶν* V, 13.

*ἀρκούντως ἕξει — κρίνειν* I, 22, 3.

*βέλτιστος, ἄριστος, κράτιστος.* Inf. praes.: VI, 39, 1. III, 38, 4 (bis). Inf. aor.: VIII, 68, 2.

*βραδεῖς προνοῆσαι* III, 38, 5.

*βραχέα περιγίγνεσθαι* V, 111, 2.

*ἱκανός.* Inf. praes.: I, 64, 1 (bis). 73, 3. 91, 3. 95, 4. 142, 2. 143, 5. II, 100, 4. III, 4, 2. 18, 2. 63, 2. VII, 31, 3. VIII, 11, 1. I, 90, 3 *ὥςτε ἀπομάχεσθαι.* Inf. aor.: I, 9, 3. 35, 4. II, 35, 3. 48, 2. III, 13, 1 (bis). 37, 1. VI, 68, 1. 102, 4. VIII, 79, 2. 86, 4.

*δίκαιος.* Inf. praes.: I, 40, 3 (bis). III, 40, 2. IV, 17, 4. Inf. aor. I, 40, 3.

*δεινὸν ἀκοῦσαι* I, 122, 3.

*ἐπιτήδειος* II, 20, 2 et VIII, 70, 2 cum aoristi infinitivo.

*ἐπικαιρότατον χωρίον — ἀποχρῆσθαι* I, 68, 4.

*κακός* bis cum aoristi infinitivo inveni VI, 38, 2, *ἥσσων* semel II, 60, 4.

*καθαροὺς ὄντας ἱερῶσθαι* V, 1, 1.

*ξυμφορώτατοι προςπολεμῆσαι* VIII, 96, 4.

*ὀξεῖς ἐπινοῆσαι — ἐπιτελέσαι — σώζειν — ἐπιγνῶναι — ἐξικέσθαι* I, 70, 2.

*σαφεῖς γνῶναι* III, 13, 1.

*ῥᾴους ἄρχειν* V, 42. *ῥᾷστοι ἀμύνεσθαι* IV, 10, 3.

*ταχεῖς ἰέναι* I, 118, 2. *βασιλεῦσαι* I, 132, 5.

*οἷός τε.* Inf. praes.: III, 16, 1. 98, 1. IV, 27, 1. VI, 23, 1.

33, 4 (bis). VIII, 65, 3. 82, 3. Inf. aor.: I, 121, 3. 138, 4. IV, 69, 1. V, 9, 7 (bis). VI, 23, 1. 47, 2. VIII, 53, 4.

*ὀλίγαι* ἀμύνειν I, 50, 5.

*ὅμοιοι* προςμῖξαι IV, 126, 4.

τὸ πέλαγος *πολὺ* περαιοῦσθαι VI, 34, 4.

*πρέποντα* — ἀποκρίνεσθαι I, 144, 4. εἰπεῖν VIII, 72, 2.

*ξυνετός* — ἐπεξιέναι, νομίζειν I, 84, 3.

*βέβαιος* ὥςτ' ἐπελθεῖν III, 23, 5.

*χαλεπός*. Inf. praes.: VII, 51, 1. Inf. aoristi: III, 94, 4. VII, 14, 1. 44, 3. (I, 20, 1).

*εὐμενής*: παρέσχετε αὐτὴν (τὴν γῆν sc.) εὐμενῆ ἐναγωνίσασθαι τοῖς Ἕλλησιν II, 74, 2.

*ξυνεμετρήθη* ἐνευδαιμονῆσαί τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ εὖ τελευτῆσαι II, 44, 1, ubi Popponis scripturam adopto.

Praesens ἀντίσχειν pro ἀντισχεῖν aoristo, qui vulgo traditur, Kruegerus scribit: I, 117, 3 ἀδύνατοι ὄντες ἀντίσχειν, I, 141, 5 δυνατοὶ ἀντίσχειν et VI, 91, 2 ἀδύνατοι ἔσονται ἀντίσχειν, sed mea quidem sententia sine justa causa; nam aoristus hic ubique melius praesente in sententiam quadrat, cum de rebus momentaneis agatur. Neque satis causae video, cur III, 10, 3, Poppone suadente, scribamus ἀμύνεσθαι pro ἀμύνασθαι, quod optime est dictum („konnten sich nicht e r wehren"). Contra III, 28, 1 ἀποκωλύσειν, quod vulgo a δυνατοὶ aptum fertur, prorsus non habeo quo tuear, ita ut, abjecta omni cunctatione, aoristum restituam. Idem valet de III, 66, 1 ἀνταπέδοτε — πείσειν, ubi foedissima menda in verba scriptoris irrepsit, aoristo πεῖσαι in futurum corrupto.

## 10) INFINITIVUS QUI ABSOLUTUS DICITUR QUIQUE CUM *ὩΣΤΕ* ET *ΠΡΙΝ* SOCIATUR.

Infinitivus absolutus apud Thucydidem his locis reperitur: *τὸ ξύμπαν εἰπεῖν* I, 138, 4 et VII, 49, 4. *δοκεῖν δέ μοι* VIII, 64, 3 et VIII, 87, 5. *ἑκὼν εἶναι* II, 89, 5. IV, 98, 3. VI, 14. VII, 81, 3. *ὅσον ἀποζῆν* I, 2, 1. *ὅσα βου-*

λεύεσθαι I, 91, 4. τοσοῦτον ὅσον ἀνεγνωκέναι — μέλλειν III, 49, 3. ὅσα δοκεῖν VI, 25, 2. οἷον βουλεύσασθαι, μεταχειρίσαι VI, 12, 2. ὡς εἰπεῖν I, 1, 2. II, 50, 1. III, 38, 5. 39, 4. 82, 1. IV, 14, 3. VI, 30, 2. 72, 2. 82, 3. VII, 58, 5. 62, 2. VIII, 96, 3. ὡς λέγειν IV, 46, 3. ὡς ἀξιοῦν VII, 34, 5. ὡς μικρὸν μεγάλῳ εἰκάσαι IV, 36, 3. ὡς παλαιὰ εἶναι I, 21, 2.

Neque eum infinitivum, qui ὥςτε conjunctione instruitur, a simplicis infinitivi structura secreveris. Ac primum quidem tenendum est, infinitivi sensum persaepe non immutari, sive cum ὥςτε ponitur, sive nudus adhibetur. Jam suo quodque loco permulta annotavimus exempla hujuscemodi, ut: ἑτοῖμος ὥςτε' μένειν (I, 28, 3). δεηθέντες ὥςτε ψηφίσασθαι (I, 119). ἀφικομένης ἐπιστολῆς ὥςτ' ἀποκτεῖναι (VIII, 45, 1). σφᾶς αὐτοὺς παραδοῦναι τοῖς Ἀθηναίοις ὥςτε βουλεῦσαι e. q. s. (IV, 37). προυθυμήθη ὥςτε ἀφεθῆναι (VII, 86, 3). ἐπαγγελλόμενοι ὥςτε βοηθεῖν (VIII, 86, 6); quibus accedunt: I, 40, 3. 90, 3. 120, 2. II, 2, 4. III, 25, 2. 31, 2. 70, 3. 75, 1. 100, 1. 102, 4. IV, 46, 2. 65, 1. 104, 2. V, 17, 2. 27, 2. 37, 1. 61, 4. 64, 2. VII, 49, 1. 83, 1. VIII, 45, 3. 47, 2. 63, 2. 81, 1. 87, 2. 93, 3, alia passim. Hic mihi usus loquendi satis videtur demonstrare, infinitivum, qui ὥςτε particulae adjicitur vel potius cui adjicitur ὥςτε particula, primitus fuisse simplicem infinitivum, non vero, ut existimaverunt nonnulli homines docti, proprium suum locum tenere in enuntiatis consecutivis verbi finiti vice. Quin etiam in his enuntiatis infinitivus fuit genuinus, id quod apparet e studiis Baeumleinii (Untersuchungen über die griech. Modi p. 338 sqq.), Kuehneri (gramm. ampl. ed. tertiae § 584), Delbrueckii (De infinitivo graeco pag. 31 sq.). Rectissime enim Baeumleinius (pag. 340) dixit: „Auch wo der Infinitiv mit ὥςτε eine Folge andeutet, .... auch da ist er ursprünglich und eigentlich Angabe des Ziels, das eine Handlung hat .... Ueber das wirkliche oder nothwendige Eintreten kann der Infinitiv seiner Natur nach nichts aussagen; er nennt einfach eine Handlung und zwar mit ὥςτε oder auch ὡς als Ziel einer

andern," quod aptissimo exemplo illustrat, cum pag. 41 sic pergit: „Deutlich tritt auch Xen. Cyrop. I, 4, 10 in *οὐ μέντοι δέομαί γε τούτων οὐδενός, ὥςτε σὲ κινδυνεύειν* hervor, dass der in *ὥςτε* mit dem Infinitiv enthaltene Gedanke nicht Gegenstand einer Aussage ist oder Bedeutung für sich hat, sondern als Gradbestimmung für das vorausgegangene Prädicat dient." (cf. Plat. Apol. pag. 37 C *εἰ οὕτως ἀλόγιστός εἰμι ὥςτε μὴ δύνασθαι λογίζεσθαι,* wenn ich schwachsinnig bin bis zur Unfähigkeit zu denken.) Quae cum ita sint, primigenius ille infinitivus cum *ὥςτε* conjunctus tempus prorsus non indicabat, sed genus solum actionis. Attamen cave, ne primariam hujus locutionis vim immutatam et integram per omnia saecula in lingúa graeca sibi constitisse putes. Nam cum Graeci post *ὥςτε* conjunctionem et infinitivum et verbum finitum ponerent saepissimeque fieret, ut eadem sententia utriusque structurae evaderet, quid mirum, quod promiscue ambae constructiones adhiberi coeptae sunt et infinitivus magis magisque quasi indicativi vicarius fiebat? Optimum vero argumentum mihi *ἄν* particula infinitivo cum *ὥςτε* addita suppeditat. Nam etsi ceteros infinitivos, qui, ut vulgo dicitur, ab *ὥςτε* pendent, fere omnes eo modo explicare potes, quo vult Baeumleinius, hos, quibus accedit *ἄν*, non possumus non concedere eo ortos esse, quod Graeci consueverint *ὥςτε* particulae verbi finiti loco adjungere infinitivum. Equidem duos locos[11]) Thucydideos, qui praebent illud *ἄν*, aliter expedire nequeo: II, 49, 3 *τὰ δὲ ἐντὸς οὕτως ἐκάετο, ὥςτε μήτε—ἀνέχεσθαι, ἥδιστά τε ἂν ἐς ὕδωρ ψυχρὸν σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν,* ut neque — sustinerent et libentissime in aquas gelidas se conjicerent. VII, 42, 4 *ὥςτε μηδ' εἰ μετέπεμψαν ἔτι ὁμοίως ἂν αὐτοὺς ὠφελεῖν,* ita ut ne si ar-

[11]) IV, 29, 3. 73, 3. 76, 4 et 97, 3 alius sunt generis, quia in obliqua oratione locum tenent, ita ut verbum finitum hic pariter in infinitivum est mutatum atque in aliis quoque sententiis secundariis, veluti II, 13, 4 *οἷς χρήσεσθαι.* II, 102, 2 *ὅτε ἀλᾶσθαι.* II, 24, 2. IV, 98, 3. V, 28, 1. 63, 3. VI, 24, 3. 64, 5. 72, 2. VII, 47, 3. VIII, 2, 1. 27, 3. 43, 4. 48, 5. 72, 2.

cessissent quidem (sc. Syracusani Gylippum), ipsos amplius aeque juvare potuisset. Praeterea infinitivus *ὥςτε* vocula instructus, nisi verbi finiti natura quasi ornatus esset, numquam cum *οὐ* negatione conjungi posset. At exstant talia exempla ut V, 40, 2 *ὥςτε οὐδὲ πρὸς Ἀθηναίους σφίσιν εἶναι ξυμμαχίαν ποιεῖσθαι.* VIII, 76, 6 *ὥςτε οὐδὲ τούτους χείρους εἶναι,* quibus Poppo in editione majore adjecit Eurip. Phoen. 1358. Hel. 108. Plat. Apol. pag. 26 D. Lys. 21, 18. Isocr. 12, 255. Is. 11, 27. Dem. 9, 48. 18, 283.

Sed enumeremus jam exempla Thucydidea, quae nudum infinitivum cum *ὥςτε* praebent. Infinitivum praesentis invenies: I, 34, 2 (bis). 41, 1 (bis). 76, 3. 84, 3. 91, 3. 121, 4. 124, 3 (bis). II, 40, 3 (bis). 40, 4. 49, 3. 51, 4. III, 21, 1. 43, 2. 44, 3. IV, 64, 1. 78, 4. 81, 1. 132, 2. 132, 3. V, 34, 2. 40, 2. VI, 12, 1 (perf.). 77, 2 (ter). VII, 6, 3 (bis). 11, 3. VIII, 45, 2. 46, 5. 54, 3. 76, 4. 87, 2. 90, 5. 104, 4; aoristi infinitivum: I, 12, 1. 36, 3. 49, 6. 50, 3. 54, 3. 129, 8. 136, 1. III, 108, 1. IV, 22, 3. 79, 2. V, 35, 4. VIII, 66, 3. 108, 1.

Quod de *ὥςτε* cum infinitivo diximus, valet de *πρίν* ejusque structura. Nam et hanc particulam primitus ita cum infinitivo conjunctam esse, ut hic vim haberet nominis verbalis (*πρὶν ἀπελθεῖν* vor dem Weggehen, *πρὶν πολιορκεῖν* vor der Belagerung), docet praesentis infinitivus, qui jam apud Homerum sic adhibetur: τ 475 *οὐδέ σ' ἔγωγε | πρὶν ἔγνων, πρὶν πάντα ἄνακτ' ἐμὸν ἀμφαφάασθαι.* Etenim si infinitivus a *πρίν* aptus verbi finiti vice poneretur ideoque temporum notationem contineret, numquam a praesente formari deberet, sed semper a themate aoristi depromendus esset. Attamen negatio *οὐ* et particula *ἄν*, quae nonnumquam adjiciuntur infinitivo, documento sunt, infinitivum ex quadam parte esse vicarium verbi finiti; aliter enim non expediveris talia enuntiata, ut Herod. I, 140 *οὐ πρότερον θάπτεται ἀνδρὸς Πέρσεω ὁ νέκυς πρὶν ἂν ὑπ' ὄρνιθος ἢ κυνὸς ἑλκυσθῆναι.* Eurip. Hel. 322 *πρὶν δ' οὐδὲν εἰδέναι, τί σοι πλέον λυπουμένῃ γένοιτ' ἄν;* Apud

Thucydidem post πρίν conjunctionem nudum solum infinitivum inveni et praesentis quidem: I, 39, 1. 39, 2. 68, 2. II, 67, 3. III, 24, 2. 64, 2. IV, 4, 1. V, 41, 3. 60, 5. 84, 4. VI, 29, 1, aoristi: I, 20, 3. 78, 1. 125. 141, 1. II, 12, 2. 13, 1. 53, 2. 53, 3. 56, 1. 93, 1. III, 94, 4. IV, 4, 2. 72, 1. 78, 5. 83, 3. 85, 2. 104, 3. 125, 2. 135 (bis). V, 8, 3. 9, 4. 45, 4. 65, 3. VI, 4, 3. 11, 1. 29, 2 (ubi Bekkerus conjunctivum scribit). 49, 1. 76, 1. VIII, 36, 1. 50, 4. VIII, 42, 1; quibus adde πρότερον ἤ cum infinitivo aoristi: I, 69, 4. II, 40, 2. VI, 34, 4. VIII, 45, 5.

## §. 5. DE ACCUSATIVO CUM INFINITIVO.

In hujus structurae exemplis enumerandis hunc sequar ordinem, ut primum accusativos cum inf., qui artissime cum regente verbo cohaerent, afferam, tum eos congeram, qui in oratione obliqua a supplendo verbo apti sunt.

### 1) VERBA DICENDI.

ἀγγέλλω. Inf. praes.: III, 110. I, 91, 2. IV, 25, 4. V, 63, 2 (perf.). VIII, 26, 1. 94, 1. ἐςηγγέλθη ἐλπίδα εἶναι III, 3, 3.

κηρύσσω δώσειν IV, 116, 2. ἐπικηρυκεύεται — εἶναι VII, 83, 1.

βοάω: ἀποκτείνειν VIII, 86, 1. διεβόων — κινδυνεύσειν VIII, 78, 2. ἐπιβοῶντες καλὸν εἶναι VII, 70, 7.

δηλόω. I, 67, 3 et IV, 38, 1 cum inf. praesentis.

ἀποσημαίνω. ῥᾴδιον εἶναι IV, 27, 4. αὐτοὺς ἂν ποιῆσαι ib.

ἀποφαίνω. ἀποδώσειν, ὠφελήσειν VIII, 45, 5.

γράφω — οὐ γιγνώσκειν, λέγειν IV, 50, 2. ἐγγράψας ξυγγνώμην εἶναι VIII, 50, 2.

ἀποκρίνομαι. Inf. praesentis: I, 28, 3. I, 145. V, 32, 5. VI, 88, 3. Inf. futuri: I, 28, 3. I, 145. VI, 50, 1. Aor. cum ἄν VI, 50, 1.

*λέγω.* Inf. praesentis: I, 67, 2. 69, 4. II, 13, 2 (bis). 41, 1. III, 32, 1. 70, 2. IV, 22, 2 (bis). 70, 3. 78, 4 (bis). V, 46, 1. VI, 6, 3. 52, 1. 64, 5 (ter). 79, 1. 80, 3. VII, 3, 1. 21, 2. 68, 1. VIII, 12, 2. 70, 2. 78, 1. Inf. perfecti: III, 116, 2. 78, 4. V, 49, 2. Inf. aoristi: I, 9, 2 (quater). 13, 2 (bis). 138, 5. 134, 1 (ter). II, 93, 3. 98, 2. 77, 4. 20, 1. 47, 2. 57. 102, 4. III, 25, 2. 96, 1. 113, 4. 116, 2. IV, 24, 4. V, 74, 2. VI, 56, 1. 2, 1. VII, 21, 2. Inf. futuri: III, 32, 1 (bis). VI, 64, 5 (ter). VIII, 93, 2 (bis).

*εἶπον.* Inf. praesentis: I, 87, 3. 9, 3. VI, 83, 3. Inf. praesentis cum ἄν: VII, 35, 2. Inf. perfecti IV, 23, 1. Inf. perfecti cum ἄν V, 46, 3. Infin. futuri I, 91, 3. V, 30, 5.

*ἀντιλέγω.* I, 28, 3 (fut. et praes.). V, 49, 2 (perf.).

*ἰσχυρίζεται* — ἔσεσθαι III, 44, 2.

*ὁμολογέω.* IV, 62, 1 (praes.). V, 45, 2 et 46, 1 (ἥκειν). II, 5, 4 (aor.). II, 95, 2 (fut.).

*προεῖπον.* I, 26, 2 χρήσεσθαι. IV, 85, 1 πολεμήσειν.

*προλέγω* μὴ ἂν γίγνεσθαι I, 139, 2.

*ὑπεῖπον* II, 102, 4 (praes.).

*φημί.* Inf. praesentis: I, 91, 4. 90, 4 (ter). 90, 2. 72, 2. 41, 1. 85, 2. 87, 1. 137, 2. II, 81, 1. III, 60. IV, 3, 3. 27, 3. 28, 2. 36, 1 (bis). 68, 3. 68, 5. 78, 3. 78, 5. 83, 1. 98, 1. IV, 120, 1. V, 7, 2. 17, 3. 30, 2. 30, 4. 35, 4. 45, 3. 46, 1. 48 (bis). 49, 3. 55, 1. VI, 10, 1. 25, 1. 39, 1 (ter). 48, 1. 49, 1. 49, 3. 64, 4. 84, 3. 87, 2 (quater). VII, 21, 1. 47, 3. 48, 5. 48, 6. 49, 2. 49, 4. VIII, 40, 3. 43, 3. 45, 5. 46, 3 (quinquies). 78, 2. 84, 3. 91, 2. 92, 4. 92, 7. 92, 10. III, 54. Infin. perfecti: I, 67, 2. 70, 5. V, 35, 4. VI, 39, 1. 82, 3. VIII, 27, 2. 48, 5. Infin. futuri: I, 118, 3. 137, 2. II, 54, 3. 65, 4. 73, 3 (bis). III, 27. IV, 28, 3. 28, 4 (bis). 48, 1. 78, 4. 83, 3. 98, 1. 114, 2. 118, 1. 122, 1. 122, 2. V, 27, 3. 30, 2. 35, 4 (bis). 39, 2. 40, 1. 46, 4. 111, 1. VI, 44, 4 (bis). 72, 3. 48, 3. VII, 48, 4. VIII, 27, 1. 27, 2. 29, 1. 32, 3. 82, 2. 87, 2. 91, 2. Infin. aoristi: I, 37, 2. 38, 1. 39, 1. 73, 3 (bis). 74, 3 (bis). 90, 4. 138, 7. II, 5, 4 (bis). III, 62, 1 (bis). 65, 1. 66, 2. IV, 83, 3. 98, 1 (bis). 120, 1 (bis). V,

49, 3. VII, 5, 2. VIII, 87, 5. Inf. aoristi cum ἄν: V, 32, 3. VI, 39, 1. VII, 50, 4. Infinitivus praes. c. ἄν: VI, 17, 5. VIII, 46, 3.

φάσκω. II, 54, 1. III, 70, 3. IV, 120, 3. 120, 4. V, 43, 3 (bis) cum inf. praesentis; I, 136, 1 et III, 111, 2 cum perfecto; II, 85, 4. IV, 120, 4 (bis). V, 42, 3. VIII, 46, 5 (bis). VIII, 91, 1 cum futuro; V, 49, 1 et VIII, 54, 3 cum aoristo.

ψηφίζομαι. εἶναι I, 88. λελύσθαι I, 88.

χράω. I, 123, 2 ξυλλήψεσθαι. V, 16, 5 εὐλάξειν. — ὁ δ' ἀνεῖλεν αὐτοῖς νίκην ἔσεσθαι I, 118, 3 et II, 54, 3.

δικάζειν. εἶναι I, 28, 2. εἶναι — ἀδικεῖν V, 31, 4. Similiter ἀπελύθη μὴ ἀδικεῖν I, 95, 3 et 128, 2.

αὐχέω — ἀπεῶσθαι — ἡσσῆσθαι II, 39, 3.

ἀπειλέω — ἦ μὴν μὴ ἐπιβοηθήσειν VIII, 33, 1.

τοῦ αὐτοῦ λόγου εἴχοντο — μὴ ἂν πεισθῆναι. V, 49, 4. (I, 2, 3 καὶ παράδειγμα τόδε τοῦ λόγου οὐκ ἐλάχιστόν ἐστι διὰ τὰς μετοικήσεις τὰ ἄλλα μὴ ὁμοίως αὐξηθῆναι, Ullrichio suadente, legendum esse puto.)

παραίνεσις ἐγίγνετο — καλὸν εἶναι V, 69, 2.

ἔρις ἐγένετο — ὠνομάσθαι II, 54, 2.

ὄμνυμι, similia cum infinitivo futuri junguntur: IV, 74, 3 (bis). 88. V, 38, 1 (ter). V, 50, 1. VI, 72, 4. VIII, 75, 2 (quater).

ὑπισχνοῦμαι, ὑποδέχομαι, ὑποτείνω, similia: I, 123, 2. II, 5, 4. 101, 4. III, 66, 2. V, 37, 5. VII, 1, 3. VIII, 5, 4. I, 58, 1 ἐςβαλεῖν. II, 29, 4. VIII, 81, 3 (bis). VIII, 48, 1 cum futuro. πίστιν δοὺς V, 45, 2.

ἐπαιτιάομαι, ἐν αἰτίᾳ εἶχον, alia hujusmodi. Infinitivus praesentis: VI, 76, 3. III, 13, 6; perfecti IV, 85, 4; aoristi V, 16, 5. 65, 6. VII, 81, 1.

οὐκ ἀποδέξωνται (vituperabunt) ἐπιγνῶναι, ἀνατεθῆναι III, 57, 1.

ἐπικαλέω, ἐγκαλέω — εἶναι II, 27, 1. παραβαίνειν IV, 123, 1.

καταστήσαιτε ἂν προςφέρεσθαι I, 140, 6.

*διδασκαλίαν* ποιούμενος — εἶναι II, 42, 1. διδασκόμενος μὴ εἶναι σωτηρίαν VIII, 54, 1.

*μαρτυρίῳ* ἐχρῶντο μὴ ἂν — ξυστρατεύειν III, 11, 2.

*προέχομαι, πρόσχημά ἐστι:* ἂν γίγνεσθαι I, 140, 5. μὴ προδώσειν V, 30, 3.

*ὑπελάμβανον* (Schol. ἀντέλεγον, ἐκ διαδοχῆς ἀπεκρίνοντο) οὐ χρεὼν εἶναι V, 49, 3. δίκαιον εἶναι IV, 106, 1.

## 2) VERBA COGITANDI, PUTANDI, COGNOSCENDI.

*ἀξιόω.* Inf. praesentis: II, 55, 1. 81, 3. III, 37, 5. V, 41, 2. VII, 34, 5. IV, 80, 2 (perf.). Inf. aoristi IV, 72, 3.

οὕτως *ἐδοκιμάσθη* καλῶς ἔχειν II, 35, 3.

*ἡγοῦμαι.* Inf. praesentis: I, 70, 4. II, 60, 4. 60, 2. III, 3, 1. 37, 2. 42, 2. 112, 5. IV, 56, 1. 106, 1. 130, 5. 117, 2. V, 1, 1. 97 (ter). 105, 1. VI, 11, 5. 14. 37, 1. 53, 2. 89, 3. 92, 3. VII, 34, 7. VIII, 66, 3. Inf. perfecti: I, 21, 2. 124, 3. III, 68, 1. Inf. aoristi: I, 23, 5. 70, 4. Inf. futuri: I, 39, 2. II, 44, 3. III, 115, 3. IV, 9, 3. 117, 2. V, 98. (108.) VI, 33, 2. 102, 1. VII, 18, 2. 77, 5. VIII, 2, 1. 44, 1. 92, 11. Inf. praesentis cum ἄν: I, 2, 1. II, 89, 3. III, 42, 2. 53, 1. V, 36, 3. Inf. aoristi cum ἄν: II, 81, 4. III, 42, 2. IV, 80, 2. 121, 2. V, 8, 2. 108. VI, 34, 6 (ter). VII, 34, 7. VI, 40, 1 (bis).

*καταφρονῶν* — κἂν προαισθέσθαι III, 83, 2.

*λογίζομαι.* IV, 73, 4 (praes.). VIII, 2, 3 (perf. c. ἄν). IV, 28, 4 (ter). VI, 18, 4. VIII, 2, 3 (fut.). ἀναλογισμὸς ἦν — ἐγνῶσθαι III, 36, 3.

*μνημονεύω* II, 47, 2 (aor.). μέμνημαι δίκαιον εἶναι VI, 12, 1.

*νομίζω.* Inf. praesentis: I, 25, 3. 42, 1 (bis). 59, 1. 64, 1. 69, 5. 70, 1. 76, 2. 82, 4. 84, 3. 84, 4 (bis). 91, 4. 93, 2. 107, 4. 124, 2. 126, 3 (bis). 127, 1. 138, 5. 145. II, 35, 2 (bis). 36, 3. 63, 1. 65, 2. 77, 1. 84, 2 (bis). 86, 3. 87, 2 (bis). 90, 2. 94, 1. 100, 4. III, 9, 1. 22, 5. 30, 2. 42, 1. 44, 2. 58, 4. 68, 3. 111, 2 (bis). IV, 18, 1. 18, 2. 21, 2.

27, 2. 29, 2. 44, 4. 57, 2. 58, 1. 61, 1. 68, 2. 73, 1. 82. 86, 3. 83, 3. 87, 2 (bis). 91, 2. 96, 4. 99. 123, 1. 125, 1. 127, 1 (bis). 129, 1. 128, 2. V, 8, 1. 9, 6. 9, 7. 13. 16, 3 (bis). 17, 1. 21, 2. 30, 3. 31, 5. 42, 3. 43, 3. 46, 5. 49, 3. 60, 2. 71, 1. 71, 3. 111, 4. VI, 8, 3. 9, 2. 12, 2 (ter). 14. 16, 1. 18, 7. 23, 2. 82, 3. 86, 4. 87, 3 (bis). 91, 3. 91, 4. 91, 6. 92, 5. VII, 6, 1. 8, 1. 18, 3. 34, 6 (bis). 34, 7. 42, 3. 48, 1. 56, 1. 59, 1. 68, 1. 69, 2. 73, 1. 74, 1. 77, 6. 81, 6. 86, 1. 86, 2. VIII, 41, 1. 42, 2. 47, 1. 54, 3. 75, 3. 79, 2. 80, 1. 94, 1. 96, 2. 106, 3. (VIII, 71, 1.) — **Infinitivus perfecti**: I, 52, 3. 123, 3. 124, 2. II, 3, 1. 94, 1. 62, 3. IV, 68, 1. 108, 2. 128, 2. V, 11, 2. 42, 3. 60, 4. VI, 8, 3. 57, 2. 91, 5. 93, 1. VII, 18, 4. 69, 2. 69, 4. VIII, 15, 1. 56, 5. 109, 1. **Infinitivus futuri**: I, 93, 4 (bis). 105, 3 (bis). II, 2, 4. III, 13, 2. 13, 5. 68, 1. IV, 2, 2. 21, 1 (bis). 69, 3. 79, 1. 120, 2. (V, 7, 3). V, 29, 2. 34, 2. 44, 1. 57, 1. 71, 3 (bis). 111, 1. VI, 24, 1. 18, 7. 57, 2. 86, 4. VII, 18, 2. 28, 3. 36, 3 (bis). 56, 1. 81, 6. VIII, 1, 3 (bis). 5, 5 (bis). 15, 1. 48, 5. 71, 1. 75, 3. 100, 2. **Inf. aoristi**: I, 1, 2. 10, 4. 128, 1. III, 24, 1. 65, 1. IV, 18, 3. 63, 1. 116, 2. V, 1, 2. 29, 3. 31, 4. VI, 61, 4. VII, 17, 2. 40, 2. — **Praesens c. ἄν**: I, 57, 3. 140, 5. III, 95, 1. IV, 19, 2. 29, 4. 31, 3. 73, 2. V, 11, 2. 16, 1. 17, 1. 22, 2. 32, 2. 37, 2 (bis). VI, 18, 7. 22, 3. 28, 2. 34, 2. IV, 73, 2 *ἂν τίθεσθαι — ξυμβαίνειν* (Bekk.). — **Inf. aoristi cum ἄν**: I, 72, 2. II, 36, 3. 70, 3. 81, 3. 87, 3. III, 94, 2 (bis). IV, 69, 1. 99. 117, 1 (bis). V, 8, 3. VI, 14 (bis). 96, 1. 102, 4. 103, 2. VII, 8, 2. VIII, 47, 1. 68, 3. VIII, 2, 1. — **Infinitivus futuri c. ἄν**: II, 80, 5. V, 82, 4. VIII, 25, 4. VIII, 71, 1.

*οἶμαι.* **Infin. praesentis**: I, 20, 4 (bis). 69, 3. 71, 1. 77, 2. 141, 6. II, 21, 3. 35, 3. 60, 4. 62, 2. 81, 5. 85, 2. 89, 1. III, 45, 5. 46, 4. 113, 1. 113, 2. IV, 28, 2. 32, 1. 48, 1. V, 107 (bis). VI, 10, 1. 36, 1. 36, 3. 61, 1. 77, 2. 91, 3. VII, 42, 4. VIII, 92, 7. 95, 2. **Inf. perfecti**: II, 85, 2. 94, 1. V, 40, 2 (bis). VI, 32, 3. VII, 67, 3. VIII, 92, 7 (bis). **Infin. futuri**: I, 33, 3. 70, 2. 141, 6. 143, 5. II, 89, 2.

III, 31, 2. 39, 4. 39, 6. 46, 2. 53, 1 (bis). IV, 18, 2. 26, 3. 55, 4. 59, 2. 62, 2. 63, 1. 70, 2. 73, 1. 85, 2 (bis). 114, 3. 115, 2. V, 10, 3. 14, 2. 38, 4. 89, 1. VI, 17, 2. 58, 2. 77, 2. 87, 4. 88, 1. 92, 1. VII, 13, 3 (bis). 37, 1. 84, 1. VIII, 65, 2. V, 105, 1 λελείψεσθαι. — Inf. aoristi I, 20, 2. — Infin. praesentis cum ἄν: I, 10, 2. 10, 3. 70, 3. — Infin. aoristi cum ἄν: I, 70, 3. 76, 3. II, 83, 2. IV, 28, 2. VI, 69, 3. VII, 40, 2. 72, 3. VIII, 66, 4. 103, 1.

παρίσταταί μοι. Inf. praes. VI, 34, 8. 68, 3. 78. Infin. aoristi c. ἄν VI, 34, 8.

'πιστεύω. Praesens: II, 22, 1. 62, 5. V, 7, 2. VIII, 71, 1. Futurum: I, 32, 2. 131, 2. III, 4, 4. IV, 92, 7. V, 105, 2. 106, 1. 104 (bis). Aoristus c. ἄν IV, 108, 4.

ἀπιστέω. Infinitivus praes. IV, 40, 2. Infin. perfecti VIII, 1, 1 (ubi codices exhibent ἄν). Inf. futuri: II, 101, 1. VI, 49, 2. Inf. aoristi: I, 10, 1.

πίστιν καὶ βεβαιότητα ποιησάμενοι μηδὲν βουλεύσειν IV, 51.

ὑποτοπέω, ὑποπτεύω, similia. Inf. praesentis: III, 43, 1. 53, 2. IV, 126, 1. V, 35, 3. VI, 61, 3. I, 51, 1. 132, 2. Inf. perfecti: I, 20, 3. Inf. futuri: II, 5, 3. V, 31, 3. IV, 51. III, 43, 3. Inf. aoristi: III, 24, 1. VI, 75, 3.

ὑπονοέω ἐςπέμπειν IV, 30, 2. προςεπεστάλθαι I, 132, 6.

φοβούμεθα ἐλασσώσεσθαι V, 105, 2.

ἐν φρονήματι ὄντες ἡγήσεσθαι V, 40, 3.

δοκεῖ μοι et δοκέω (videtur mihi, videor). Inf. praesentis: I, 3, 2. 9, 2. 10, 1. 36, 1. 39, 1. 70, 1. 75, 2. 77, 1. 77, 3 (ter). 79, 2. 83, 1. 87, 2. 91, 4 (bis). 95, 3. 102, 1. 118, 2. 122, 3 (ter). 126, 4. 128, 5. 132, 3. 138, 6, 141, 1. II, 3, 2. 11, 2. 18, 2. 65, 4. 35, 1. 34, 3. 28. 43, 1. 81, 5. 85, 1. 102, 1. 102, 2. III, 9, 2. 12, 2. 13, 5. 35. 53, 2. 56, 2. 57, 2. 81, 3. 92, 3. 95, 3. IV, 3, 3. 10, 1. 11, 3. 23, 1. 27, 4. 59, 1. 75, 1. 81, 1. 81, 2. 85, 3. 92, 2. 118, 7. V, 10, 4. 12. 15, 1. 40, 3. 41, 3. 43, 1. 44, 2. 46, 5. 47, 13. 60, 3. 83, 2. 84, 1 (bis). 85, 2. 112, 2. VI, 9, 1. 13, 1. 17, 1 (bis).

22, 1. 24, 3. 25, 3. 26, 1. 27, 2. 33, 1 (bis). 34, 2. 58, 3. 60, 1. 60, 2. 61, 2. 68, 1. 71, 2. 76, 2. 88, 3. 89, 5. 92, 1 (bis). 99, 2. 100, 1. 104, 4. VII, 1, 4. 5, 2. 11, 3. 34, 3. 36, 5. 43, 2. 47, 2. 51, 2. 56, 2. 60, 3. 66, 1. 67, 1. 69, 3. 73, 2. 77, 2. VIII, 1, 4. 4. 27, 5. 33, 3. 36, 2. 48, 3 (ter). 51, 2. 56, 3 (bis). 70, 2. 73, 3. 82, 2. 90, 2. 92, 9. 96, 1. Infinitivus perfecti: I, 3, 3. 87, 2. 143, 2. II, 8, 3. IV, 14, 2. VII, 75, 1. VIII, 40, 2. 94, 1. Infin. futuri: I, 44, 2. 91, 4. II, 20, 2. 79, 1. V, 14, 1. 50, 3. 53, 2. 59, 4. VI, 24, 2. VII, 41, 2. VIII, 24, 5. 89, 4. 54, 2. *δόκησις* — *ἐμβαλεῖν* II, 84, 1. *παρέξειν* IV, 55, 3. Infinitivus aoristi: I, 9, 2. 9, 3. II, 8, 2. I, 70, 1. 120, 4. 81, 2. II, 17, 2 (bis). 21, 1. 62, 1. III, 36, 3. 38, 4. 66, 1. IV, 74, 3. V, 7, 3. 72, 1. VI, 18, 4. 24, 2. 61, 1. 88, 2. VIII, 24, 4. 56, 3. 86, 3 (bis). 87, 4. — Infin. aoristi cum *ἄν*: I, 22, 1. II, 18, 3. III, 11, 3. IV, 104, 1. VI, 61, 2. 55, 3. III, 89, 4. 95, 1. VI, 11, 2. 18, 8. 37, 3. VII, 73, 2. — Inf. praesentis c. *ἄν* II, 41, 1. VI, 38, 4. — Infinitivus perfecti cum *ἄν* II, 102, 5.

*γιγνώσκω*. I, 43, 2. 69, 3. II, 62, 4. III, 48. V, 82, 3. VI, 18, 8. *αἱ γνῶμαι ἔφερον* — *ἀδικεῖν τοὺς Ἀθηναίους καὶ πολεμητέα εἶναι* I, 79, 2. *διαγιγνώσκω* — *λελύσθαι* — *ἀδικεῖν* I, 118, 3. *ἐνίκησε* (sc. *ἡ γνώμη*) — *εἰρῆσθαι* II, 54, 2. *προκαταγνόντες* — *εἶναι* III, 53, 4. — *καταγνοὺς ἑαυτοῦ* — *μὴ περιέσεσθαι* III, 45, 1. *εἶναι* VII, 51, 1. *προγιγνώσκω ἂν περιγενέσθαι* II, 65, 9.

*πυνθάνομαι*. Inf. praes.: I, 132, 4. III, 70, 4. IV, 24, 2. 29, 1. 105, 1. VI, 75, 2. VII, 1, 2. 25, 2. Inf. perfecti V, 55, 3.

*εἰκάζω ὁμοῖα εἶναι* II, 54, 3. *ἀναβῆναι*, *ὀλιγωρεῖν* V, 9, 2.

*ἐπαιρόμενοι προέχειν ἔστιν ὅτε* I, 25, 4.

*πείθων ἐμαυτὸν* — *λέγειν* VI, 33, 1.

### 3) VERBA SENTIENDI.

*αἰσθάνομαι* — *οὐκ ἂν πείθειν* V, 4, 5. *δύνασθαι* VI, 59, 3.

*προδειξάντων* ἡμῶν — ζημίαν κεῖσθαι III, 47, 2.
*κατάδηλοι* ὄντες — μὴ ἂν βούλεσθαι IV, 47, 1.

*φαίνομαι.* I, 32, 3 (aor.). V, 14, 3 (praes.). I, 44, 2 (perf.). II, 3, 2 et VII, 4, 4 (fut.).

Sermo obliquus a verbis vel longius distantibus vel e sola dictionis consequentia subaudiendis pendens saepius apud Thucydidem invenitur et reperitur quidem in ejusmodi oratione obliqua:

1) *infinitivus praesentis.* I, 28, 2. 91, 4 (bis). 131, 1. 136, 3. II, 13, 5. 53, 3. 71, 2. 72, 3. 80, 1. III, 3, 3. 31, 1 (praes. et perf.). 31, 2. 94, 4 (bis). IV, 16, 3 (perfectum ter positum). 29, 3. 62, 1. 73, 5. 78, 4 εἰδέναι, ἀξιοῦν. 87, 3 (ter). 97, 2 (quater). 98, 2 (bis praesens, semel perf.). 98, 4 (bis). 98, 5 (bis). 114, 3 (praes. et perf.). 114, 4 (perf.). 114, 5 (bis). V, 22, 2. 30, 5 (perf. et praes.). 41, 2. 45, 2. 46, 2. 46, 3. 55, 1 (bis perfectum usurpatum). 55, 2 (bis). 59, 5. 61, 2. 63, 1. 63, 3. VI, 6, 4. 25, 3 (bis). 48, 1. 49, 1 (bis). 49, 2. 60, 3. 72, 2 (perf.). 72, 4. 99, 3. VII, 21, 2. 47, 3. 48, 3 εἰδέναι. 48, 5. 48, 6 (ter praes., semel perf.). 73 ,2 (bis praes., perf. semel). VIII, 12, 1. 27, 2 (ter). 43, 4. 46, 1. 48, 4. 48, 5. 48, 6. 51, 1. 63, 3. 76, 2 sqq. (septies praes., ter perf.). 83, 2. 86, 5 (bis). 92, 4. 98, 2 (perf.).

2) *infinitivus aoristi.* I, 91, 4. 136, 4. II, 71, 2. III, 3, 3. 65, 1. IV, 3, 2. 68, 4. 68, 5. 98, 3. 98, 4. 114, 3. 114, 4. V, 16, 5. 30, 4. 35, 4 (bis). 36, 2. VI, 72, 2 (ter). 72, 4. VII, 5, 3. 18, 3. VIII, 72, 2. 86, 5.

3) *infinitivus futuri.* I, 28, 2. II, 20, 3 (quater). 29, 5. III, 2, 2. 75, 2. 92, 3. 94, 3. 94, 4. IV, 3, 3. 8, 5. IV, 8, 6 (bis). 27, 2. 46, 3. 68, 5. 98, 3. V, 42, 2. 45, 2. 49, 4 (bis). 56, 2. 63, 3. VI, 25, 3. 48, 1. 49, 2. 49, 3 (ter). 50, 4. 64, 2. 72, 4 (bis). VII, 4, 5 (bis). 5, 3. 32, 1. 36, 5 (novies). 42, 6 (ter). 48, 2. 48, 4 (ter). 48, 6. 56, 2 (bis). 83, 1. VIII, 27, 2. 32, 3. 48, 5. 83, 2. 86, 5. 76, 2 sqq. (ter). 88 (bis).

4) *infinitivus praesentis cum ἄν.* I, 136, 3. IV, 3, 3. 24, 3. 29, 3 (quater). 73, 2. 73, 3. 78, 4. 98, 3. 108, 1. 114, 4. V, 30, 4. 60, 5. VI, 64, 2. 72, 4. VII, 21, 3. VIII, 46, 2. 48, 6.

5) *infinitivus aoristi cum ἄν.* I, 136, 4. II, 93, 2. III, 92, 3. IV, 73, 3 (bis). 78, 4. 114, 4. V, 7, 3. 36, 2 (recte enim Poppo et Kruegerus ἄν scribarum errore omissum restituunt). 37, 2. VI, 49, 2 (ter). 72, 4. 96, 2. VII, 21, 3. 36, 5. 42, 5. 48, 2. 51, 1. VIII, 43, 4. 48, 1. 71, 2. 81, 3.

Notatu digni sunt ei loci, in quibus infinitivus praesentis significationem imperfecti habet, id quod novies apud Thucydidem inveni: I, 9, 2 *λέγουσι δὲ — τυγχάνειν αὐτὸν φεύγοντα.* I, 3, 2 *δοκεῖ δέ μοι οὐδὲ τοὔνομα τοῦτο ξύμπασά πω εἶχεν, ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος καὶ πάνυ οὐδὲ εἶναι ἡ ἐπίκλησις αὕτη, κατὰ ἔθνη δὲ ἄλλα τε καὶ τὸ Πελασγικὸν ἐπὶ πλεῖστον ἀφ' ἑαυτῶν τὴν ἐπωνυμίαν παρέχεσθαι — καλεῖσθαι Ἕλληνας.* Cf. II, 18, 2. IV, 104, 1. IV, 21, 1. V, 49, 3. II, 54, 1. V, 29, 4. VIII, 86, 2.

III, 70, 3 contra Heilmanni vestigia premere nequeo, cum sic locum vertit: „Und verklagten nunmehro fünf andere der reichsten Einwohner, welche Pfähle aus des Jupiters und Alkinous Tempelhöfen gehauen haben sollten.“ Graecis enim hominibus *τέμνειν* vere est praesens rei repetitae et continuatae, quam etiam in oratione directa praesente tempore exprimi necesse est: *οὗτοι τέμνουσι χάρακας*, quod Haasius bene interpretatione sua exsecutus est, cum dicit: „crimini dans, quod ex Jovis et Alcinoi sacro agro vitium statumina praeciderent.“

Plura vero dicenda sunt de infinitivo praesentis pro futuro usurpato. Usus hic praesentis cum non sit alienus a Graecorum oratione recta, in obliqua optimo jure ponitur. Ut enim graece dicitur: *μιᾷ νίκῃ ναυμαχίας κατὰ εἰκὸς ἁλίσκονται* (I, 121, 3) vel *καὶ εἰ αὕτη ἡ πόλις ληφθήσεται, ἔχεται καὶ ἡ πᾶσα Σικελία,* ita potest eodem jure praesens in talibus enuntiationibus usurpari: I, 127, 1 *νομίζοντες ἐκπεσόντος αὐτοῦ ῥᾷον σφίσι προχωρεῖν τὰ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων.* VII, 8, 1 *νομίζων ἐν δεινοῖς τε εἶναι καὶ εἰ μὴ ὡς τάχιστα ἢ σφᾶς μεταπέμψουσιν ἢ ἄλλους μὴ ὀλίγους ἀποστελοῦσιν, οὐδεμίαν εἶναι σωτηρίαν.* III, 52, 2 *λέγοντα εἰ βούλονται παραδοῦναι τὴν πόλιν ἑκόντες τοῖς Λακεδαι-*

*μονίοις καὶ δικασταῖς ἐκείνοις χρήσασθαι, τούς τε ἀδίκους κολάζειν, παρὰ δίκην δὲ οὐδένα.* VII, 56, 2 *τούς τε γὰρ ἄλλους Ἕλληνας εὐθὺς τοὺς μὲν ἐλευθεροῦσθαι, τοὺς δὲ φόβον ἀπολύεσθαι* e. q. s. Persuasionis firmitatem, cui res futura jam facta videtur, praesente sic indicat scriptor, ut dicat, si ea quae in sententia secundaria contineantur, efficiantur, necessario consequens esse, ut res in primaria significata eventum habeat. Ac nobis quidem, qui perinde loquimur, nihil id habet offensionis, sed cavendum est, ne Graecos non minus quam nos illo usu delectari putemus, id quod Herbstio videtur accidisse, cum in libello de Cobeti emendationibus Thucydideis pag. 18 sic statuit: „Thucydides hat in den Fällen, die hier in Betracht kommen können, nur da ein Präsens für ein Futurum, wo in einem Beisatze eine andere Handlung daneben gestellt ist, durch die das Präsens zu einer relativen Zeit wird.“ At si hoc praeceptum (si quidem recte a me intellegitur) premere volumus, concedendum erit, post omnem sententiam condicionalem omneque participium, quod hujusmodi sententiam continet, infinitivum praesentis futuri loco poni posse. Quod procul a vero abesse facile exemplis demonstrabo. Herbstius *προφέρειν* infinitivum, qui est I, 93, 2, notionem futuri habere dicit, sed luce est clarius, *προφέρειν* idem tempus indicare quod *εἶναι* in eadem periodo, ergo esse infinitivum praesentis. Sic jure Arnoldius, Kruegerus, Boehmius judicaverunt, et Haasius, cum ipse praesens tempus magis aptum putet quam futurum, bene hunc locum sic in latinum sermonem transtulit: „Tum etiam ipsos, quando rebus nauticis operam dare coepissent, magnopere proficere in acquirenda potentia.“

IV, 127, 1 Cobetus *διαφθερεῖν* legere proposuit (Novae lectiones pag. 366), Herbstius propter participium *καταλαβόντες* tuetur *διαφθείρειν*. Sed quomodo fit, ut illud participium praesenti sensum futuri supponat? Ideone praesens („als relative Zeit“, ut Herbstii verbis utar) positum est, quod addito *καταλαβόντες* scriptor barbaros sic secum reputantes facit: „*εἰ καταληψόμεθα, διαφθείρομεν,* wenn wir

ihn einholen, so vernichten wir ihn sicher"? At cum tantum momenti tribuendum non sit participio, quippe quod notionem secundariam contineat neque ullius sit ponderis, *διαφθείρειν* non in futuri loco est positum: sin futurum desideras, *διαφθερεῖν* legendum erit. Sed ne desiderabis quidem futurum, ubi primum *καταλαβόντες* non de re futura, sed praeterita dictum acceperis: „Barbari autem magna vociferatione ac tumultu ingruebant, existimantes, eum fugere et a se, qui jam eum assecuti essent, interfici."

Hic igitur, ubi praesens in sententiam optime quadrat, nihil opus est conjectura; VIII, 75, 2 vero cum post quatuor futura *δημοκρατήσεσθαι* — *ὁμονοήσειν* — *διοίσειν* — *ἔσεσθαι* nec opinato praesens *ἐπικηρυκεύεσθαι* inveniatur, accipiendum est id, quod Reiskius et Cobetus proposuerunt, scribendum scilicet *ἐπικηρυκεύσεσθαι*. Equidem, examinatis et perpensis verbis Thucydidis, nihil inveni, quo praesens excusarem. Etenim si pro *οὐδέν* dictum esset *μηδέν*, sic rem expedires, ut statueres ex *ὤρκωσαν* decerptam esse notionem imperandi vel officio obligandi: „neve aliquid cum illis transigerent" (cf. V, 45, 2. VI, 52, 2, alia passim sub vocibus *σπένδομαι*, *ξύγκειται*, *ξυνθῆκαί εἰσιν*). Nam saepissime apud Thucydidem verba dicendi cogitandique in notionem voluntatis, consilii, cohortandi transeunt, verba voluntativa, derivata significatione, proxime accedunt ad illa, quod optime docent exempla: I, 26, 3 *προεῖπον Ἐπιδαμνίων τε τὸν βουλόμενον καὶ τοὺς ξένους ἀπαθεῖς ἀπιέναι, εἰ δὲ μή, ὡς πολεμίοις χρήσεσθαι.* VIII, 93, 2 *λέγοντες τούς τε — τετρακοσίους ἔσεσθαι, τέως δὲ τὴν πόλιν μηδενὶ τρόπῳ διαφθείρειν μηδ' ἐς τοὺς πολεμίους ἀνῶσαι,* quae verba Haasius false interpretatus est, rectè Heilmannus. Sed illo loco, quem nunc tractamus, quominus hanc explicationem sequamur, impedit *οὐδέν* negatio. Quis autem Floeckio[12]) (pag. 15) credat, scriptorem constructione, quae verbis volun-

---

[12]) Observationes Thucydideae grammaticae. Dissertatio inaug. Marburgi 1872.

tativis est propria, uti, quasi dixisset: *καὶ οὐδὲν ἐπικηρυκεύεσθαι ἐβούλοντο?* At Herbstius aliter expedire studuit, cum l. l. pag. 17 sic pergit: „In der vierten Stelle VIII, 75, 2 ist *πολέμιοί τ' ἔσεσθαι* ganz wie jenes *κακώσειν* und *οἴσειν*, und *ἐπικηρυκεύεσθαι* muss folgen, weil es sich hier, wie der Zusammenhang lehrt, gar nicht von der Zukunft, sondern von der Gegenwart handelt; die samischen Demokraten schwören, den Vierhundert in aller Zukunft feind zu sein und auch jetzt keinen Herold zu Unterhandlungen mit ihnen abzusenden; diese Unterhandlungen, die hier abgewiesen werden, rücken ganz in die Gegenwart, wenn man bedenkt, dass zu dem Ende schon Gesandte von den Vierhundert (cap. 72, 3. 77, 4) nach Samos unterwegs waren." Sed vereor, ne erraverit vir doctus: nam vere non de re praesente agitur, sed de futura, cum legati CCCC virorum non jam adessent in castris Samicis. Quin etiam, si Herbstio assentiris, exspectaveris praesentia pro *δημοκρατήσεσθαι, ὁμονοήσειν, διοίσειν, πολέμιοι ἔσεσθαι,* propterea quod haec omnia propius ad praesentem rerum statum se applicant, quam illud *ἐπικηρυκεύεσθαι*: jam enim favent classiarii plebi, sunt concordia conjuncti, gerunt bellum contra Peloponnesios, ardent odio CCCC virorum. Attamen, cum hoc potissimum spectarent Thrasybulus et Thrasyllus, ut jurejurando milites obstringerent, ut quem animum tunc haberent, eum in omne tempus servarent, futurum bene in usum vocatum est, praesens ferri nequit. Quam ob rem, quamvis concedam Herbstio, Cobetum nimium fuisse in Thucydide castigando, quin hac in re eundem recte judicasse censeam retineri non possum: rectissime futurum restituit idemque recte praesens tempus et futurum persaepe permutata contendit esse (cf. Novae lect. pag. 365 et 406. Madvigius l. l. pag. 38 sqq.). Cum in aliorum scriptorum libris, tum in Thucydidis historia grassata est ea labes, qua ne optimi quidem codices carent (cf. I, 50, 12. 107, 35. 114, 27. II, 5, 32. 12, 26. 29, 34. 84, 25. 84, 27. IV, 76, 26. 117, 19. 118, 9. V, 16, 22. 107, 10. 111, 6. VII, 48, 30. 62, 8. 83, 3. VIII, 6, 23. 23, 16. 24, 23. 46, 19[2]. 48, 13[2]. 76, 8).

Similiter III, 95, 1 ἐδόκουν cum futuri, non cum praesentis infinitivo conjungendum est: nempe de praesentibus non agitur neque firmitas persuasionis indicari potest, ubi ἢ κἂν βίᾳ προςαχθῆναι ab eodem ἐδόκουν pendet. Itaque scribendum est στρατεύσειν, nisi praeferas, quod Kruegerus suadet, post φιλίαν inserere ἂν particulam.

Floeckius (pag. 16) vituperat Bekkerum, quod V, 38, 1 futuri formam ἀμυνεῖν praesenti praeferendam putaverit; sed caute prudenterque, ut solet, Bekkerus, codicum auctoritate neglecta, rationem secutus est. Ille quidem: „Infinitivus praesentis, inquit, idcirco defendi potest, quia actionem exhibet, quae ad id tempus, quo erat jusjurandum, proxime se applicat, quoniam ea rerum conditio jamjam aderat, in qua praestandum erat auxilium; cetera autem, quae futuri infinitivi exprimunt, ad remotius tempus futurum pertinent“: sed quis est quin videat, hoc argumentum plane carere probandi vi? Neque enim πολεμήσειν ad remotius tempus futurum quam ἀμυνεῖν pertinet, cum utraque actio prorsus efficiat unam, neque omnino probanda est haec minuta in futuro determinando subtilitas, quae aeque a veritate atque a simplicitate declinat: futuri infinitivum se ad ea quoque tempora applicare, quae subsunt praesenti et tantum non adsunt, docent exempla, ut VI, 24, 3 ἐν τῷ παρόντι οἴσειν. VII, 38, 2 αὖθις ἐπιχειρήσειν.

Contra VI, 88, 7 ἔστιν ὧν πόλεων ἐπαγγελλομένων καὶ αὐτῶν ξυμπολεμεῖν nulla emendatione indiget, quia ἐπαγγελλομένων voluntatis aliquid habet: „ultro per legatos se promptos esse nuntiaverunt ad belli societatem ineundam, erklärten sich bereit, erboten sich den Krieg mitzuführen.“ Cum enim Thucydides non ita verba legatorum quam propensum civitatum animum respicit, simplicem infinitivum verbo adjungit, quasi πρόθυμοι ἦσαν dixisset, quam structuram bene illud ὥςτε βοηθεῖν ex eodem verbo aptum (VIII, 86, 6) probat.

Hac significationis permutatione fit, ut ὑπισχνοῦμαι tum futuri, tum aoristi et praesentis infinitivo annectatur: quoties

est merum verbum promittendi, scriptor verba ejus qui promittit per accusativum cum infinitivo refert[13]); ubi vero magis ad officii subeundi, ad suscipiendi significationem vergit, ita ut propensum hominis spondentis animum exprimat, simplex infinitivus in usum vocatur.

Cf. Hom. *Z* 93 *καί οἱ ὑποσχέσθαι δυοκαίδεκα βοῦς ἐνὶ νηῷ ἤνις, ἠκέστας, ἱερευσέμεν.*
*K* 39 *δείδω, μὴ οὔ τίς τοι ὑπόσχηται τόδε ἔργον, ἄνδρας δυςμενέας σκοπιαζέμεν οἶος ἐπελθών.*

Praesentis infinitivus legitur apud Homerum *B* 112. *I* 19. *K* 39. *Y* 84. *λ* 291, aoristus, qui raro usurpatur, est apud Xenophontem Anab. I, 2, 21 et II, 3, 20. In Thucydidis libro uno loco dubitaveris, futurine infinitivum, an aoristi ex *ὑπισχνεῖσθαι* pendere dicas: I, 58, 1 *ὑπέσχοντο αὐτοῖς, ἢν ἐπὶ Ποτίδαιαν ἴωσιν Ἀθηναῖοι, ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐςβαλεῖν.* Cum vero *ὑπισχνοῦμαι* saepissime futurum, aoristum rarissime recipiat, cumque solemnis jurisjurandi formula maximi sit momenti, *ἐςβαλεῖν* futurum potius existimaveris.

Jam perventum est ad ea exempla, quae aoristum pro futuro videntur exhibere. De hac quaestione tam multa a viris doctis sunt prolata, praeter ceteros a Madvigio in dissertatione illa, quam saepe laudavimus, ut de re notissima disserere supersedere possimus; attamen, cum in nonnullis Madvigio assentiri nequeam, alia vero, quae recte disputavit, novis forsitan argumentis confirmaturus sim, addam perpauca. Et primum quidem imperiosius rem transigit Madvigius (pag. 41), rejecto infinitivo aoristi post *ὑπισχνοῦμαι, ὑποδέχομαι* et *ὁμολογέω* verba, a quibus non alienam esse hanc structuram modo demonstravimus. Deinde, quod de infinitivi praesentis usu dicit, non est probandum. Praesens enim ab iisdem verbis aptum idem Madvigius non respuit, sed longe aliis causis commotus ac nos. Sic enim (pag. 37) ratiocinatur: „Den Gegenstand eines Versprechens oder einer

[13]) cf. Hom. *ϑ* 347. *Z* 93. 274. *N* 366. 368. *X* 114. *δ* 6. *λ* 291.

Uebereinkunft nicht bestimmt aus der Gegenwart in die Zukunft heraustreten zu lassen, ist etwas ganz Anderes als eine Form zu gebrauchen, die dem Sprachgefühl zufolge die entgegengesetzte Zeit bezeichnet", atque in annotatione affert exempla, quibus demonstret, post *οὐκ ἔφη* infinitivum praesentis per *ἐναλλαγήν* pro futuro adhiberi. At nos quidem, qui quam moderate Graeci hunc loquendi usum admiserint bene scimus, verisimilius putamus e significatione voluntatis verborum regentium ortam esse illam structuram. Quodsi haec in dubitationem vocas, conferas quaeso Xen. Anab. I, 3, 8 *οὐκ ἔφη ἰέναι* cum *ἰέναι οὐκ ἤθελε* (ib.) vel *οὐκ ἐθέλω ἐλθεῖν* (I, 3, 10) et respicias versum illum Aristophanis *κἂν μὲν μὴ φῇ μηδ' ἐθελήσῃ* e. q. s. (Aves 555), quae satis superque probant, *οὔ φημι* idem valere quod *οὐκ ἀξιόω*, i. e. nolo, ideoque easdem structuras admittere. Quae cum ita sint, servandus est post *οὐκ ἔφη* non solum praesentis infinitivus, ut Xenoph. Anab. I, 3, 7 et IV, 5, 15 *πορεύεσθαι*, quod temere Cobetus ad futuri formam redigere suadet, sed etiam aoristus, sicuti Thucyd. V, 22, 1 *οὐκ ἔφασαν δέξασθαι*, quem locum non debebat sollicitare Dobreeus. — Similiter sunt expedienda VIII, 80, 2 *τὸ Βυζάντιον ἐπεκηρυκεύετο αὐτοῖς ἀποστῆναι*, Byzantii per legatos eis significabant se esse paratos ad defectionem faciendam, Byzanz erbot sich abzufallen (cf. VI, 88, 7 *ἐπαγγελλομένων — ξυμπολεμεῖν*), neque secus explicanda IV, 99 *ἀποκρίνασθαι, ἀπιόντας καὶ ἀπολαβεῖν ἃ ἀπαιτοῦσιν*. Heilmannus quidem et Haasius haec verba reddunt, quasi *ἀπολαβεῖν* esset futurum, sed quis est quin videat, in verbo *ἀποκρίνασθαι* latere vim cohortandi, ut in praecedentibus verbis *ἀπεκρίναντο· εἰ — ἀποφέρεσθαι*? Hunc igitur in modum vertendus est locus: „Honestam vero speciem habere, si responderent: e suo agro discedentes reciperent ea quae repeterent, sie sollten zunächst ihr Gebiet räumen und dann erst, was sie beanspruchten, nehmen."

Ubi vero *φημί, λογίζομαι* et quae eis cognata sunt verba significationem dicendi putandique integram servaverunt simul-

que infinitivus ad rem futuram spectat, aoristus ferri nequit, sed aut futurum est rescribendum aut ἄν particula restituenda. IV, 120, 2 vel Floeckius (pag. 28), qui ubique fere aoristum licitum putat esse, necessitate cogitur Madvigio assentiri in substituendo τρέψεσθαι pro inepto illo τρέψασθαι, quamquam idem sibi temperare non potest, quin contra Madvigium dicat: „Minime vero, inquit, hoc uno loco, ubi lectio non est constans, evincitur, aliis etiam locis aoristi infinitivos esse falsos.“ At mihi quidem falsae hujusmodi scripturae gravissimo sunt testimonio, librarios plane inepte α et ε in formis infinitivorum miscuisse, ergo Madvigium et Cobetum optimo jure rationis auctoritati plus tribuere quam scribarum neglegentiae. Hoc uno loco nihil contra alios aoristos evinci Floeckius ait; sed quid quod apud Thucydidem I, 10, 2 περαιώσασθαι, in aliorum scriptorum libris manu scriptis συγκαταβιώσασθαι, προςάξασθαι, ὑπακούσασθαι, alii barbarismi inveniuntur? Sed satis de hac re jam supra disputatum est; pergamus ad alium locum, quem Madvigius correxit, Floeckius ut genuinum defendit.

Dico IV, 28, 4 λογιζόμενος δυοῖν ἀγαθοῖν τοῦ ἑτέρου τεύξεσθαι, ἢ Κλέωνος ἀπαλλαγήσεσθαι, ὃ μᾶλλον ἤλπιζον, ἢ σφαλεῖσι γνώμης Λακεδαιμονίους σφίσι χειρώσασθαι. Floeckius quidem (pag. 22): „Quae vero, inquit, ad hunc locum Madvigius monuit (l. l. pag. 40 ann. 30) tantum absunt, ut mihi prorsus persuadeant hic χειρώσεσθαι esse scribendum, ut magnopere admirer hanc variationem scriptori nostro propriam;“ sed oblitus est, hanc admirationem argumentis confirmare. Mihi quidem Madvigius prorsus persuasit, futurum χειρώσεσθαι restituendum esse, propterea quod in λογιζόμενος participio mera et integra cogitandi vis inest. Eisdem nisus argumentis VIII, 5, 5 ἀποκτενεῖν, I, 26, 3 χρήσεσθαι, III, 46, 2 παρασκευάσεσθαι, IV, 21, 1 δέξεσθαι, III, 36, 1 βιάσεσθαι, V, 36, 2 secundum Elmslejum ἥκιστ' ἄν, VI, 24, 1 secundum Bekkerum, Madvigium, Kruegerum, Popponem (quem satis constat non esse nimia in corrigendo audacia) μάλιστ' ἄν rescribo. Qui vero fieri potuerit, ut

Floeckius (pag. 28) haec verba νομίζων ἢ — ἀποτρέψειν ἢ μάλιστα οὕτως ἀσφαλῶς ἐκπλεῦσαι defendat, plane non intellego, neque quin post κρατῆσαι (II, 3, 2) excidisse ἂν statuam retineri possum. Contra II, 24, 1 ὑποτοπῆσαι recte se habere Floeckius (pag. 28) et Pfuhlius (pag. 26) bene docent: aoristo enim significari tempus praeteritum, ut sic vernacule reddideris infinitivum: „Sie wären auf die Vermuthung gekommen." VIII, 66, 4 ἂν vocula, quae cum ᾤετο iniit societatem, simul referenda est ad infinitivum τραπέσθαι facileque subauditur.

Addendum est aliquid de ἐλπίζω ejusque cum infinitivo consociatione, quae maxime variat. Conjunguntur enim ἐλπίζω formulaeque cognatae, ut ἀνέλπιστός ἐστιν, ἐλπίς ἐστι, ἐλπίδα ἔχω, similia

1) *cum praesentis infinitivo*: IV, 9, 4. 13, 1. 24, 3. VI, 87, 4. 16, 2 (perf.). VII, 41, 2.

2) *cum praes. inf. et ἂν particula*: III, 84, 3. VII, 73, 2.

3) *cum aoristi infinitivo*: IV, 13, 1. 24, 3 (Monacensis G et Palatinus E praebent χειρώσεσθαι). 80, 1. VII, 21, 2. VI, 33, 6. IV, 70, 3. II, 80, 1. V, 9, 5. 102. VIII, 40, 3. VI, 87, 4. (VI, 24, 2 codicis G scripturam προςκτήσεσθαι praetuleris.)

4) *cum inf. aor. et ἂν particula*: I, 127, 2. II, 20, 1 (bis). 53, 3. III, 30, 1. 30, 2. V, 39, 1. VII, 61, 2. VIII, 71, 2. II, 51, 4.

5) *cum infinitivo futuri*: I, 1, 1. 11, 1. 107, 3. II, 71, 1. 75, 1. 84, 1. 90, 3. IV, 8, 3. 9, 4. 43, 3. 105, 1. V, 28, 2. 40, 2. VI, 15, 1. 20, 2. 56, 3. 71, 2. 90, 3 (bis). VII, 38, 2. 77, 4. 80, 3. VIII, 23, 4. 44, 1. 99, 2. VIII, 1, 2. I, 138, 2. VII, 48, 2. II, 21, 1. VIII, 48, 1 (bis). 89, 1 (bis). VII, 47, 1. III, 3, 3. II, 85, 3. VI, 24, 2 (ter). III, 32, 2 παραβαλεῖν utrum futurum sit, an aoristus in dubio versatur.

Quod ex hac exemplorum serie facile collegeris, ἐλπίζω non esse merum verbum cogitandi, sed habere insuper vim verbi ἐφετικοῦ, et Euripidis versu, qui legitur in Oreste (52) ἐλπίδα ἔχομεν ὥςτε μὴ θανεῖν probatur et optime con-

firmatur pervestigationibus etymologicis Curtii, qui radicem *ϝελπ* ad *βούλομαι*, latine volo, volup, pertinere docet (cf. Grundzüge d. gr. Et. ed. 3 pag. 248 et 61). Nihil igitur mirum, quod idem verbum tum simplici infinitivo se annecti patitur, tum accusativo c. inf. adjungitur, ita ut *ἐλπίζω ποιεῖν* vel *ποιῆσαι* ab *ἐλπίζω ποιήσειν* vel *ποιῆσαι ἄν* pariter differat atque in nostro sermone: ich hoffe es zu thun, ab ich hoffe, ich werde es thun: si illud usurpaveris, ad cupiendum magis spectas, sin hoc, putandi notionem affers. Qua explicatione probata, non opus erit variorum infinitivorum discrimina minuta subtilitate perquirere, sed omnia se ipsa enucleabunt. — Nescio an superfluum sit dicere omnium verborum exspectandi structuras ad eandem legem revocari, veluti *ἀνέμεινεν ἡμέραν γενέσθαι* IV, 135, 2. *ἀνάγκην προςγενέσθαι* IV, 120, 3. *ἀπροςδοκήτοις μὴ ἄν ποτέ τινα σφίσιν ἐπιθέσθαι* VII, 29, 2. (cf. III, 12, 2. VII, 20, 3. III, 2, 1. III, 26, 3. I, 90, 4. II, 11, 2. 18, 3. IV, 9, 3. 55, 1. 58, 3. V, 6, 3. VIII, 9, 3. 79, 3. I, 120, 3. VIII, 28, 2. I, 120, 3.) Huc pertinent: *ἀσφάλεια πολλὴ εἶναι μὴ ἂν ἐλθεῖν τοὺς ἐναντίους* II, 11, 2. *πιστὸν ἔχοντες ἂν περιγενέσθαι* — *οὐ βέβαιον μὴ οὐ προαναλώσειν* I, 141, 4. *βεβαιότεροι ἂν ἡμῖν ἦσαν μηδὲν νεωτερίειν* III, 11, 1. *διὰ τὸ ἀρχθῆναι ἂν ὑφ' ἑτέρων αὐτοῖς κίνδυνον εἶναι* VI, 18, 3.

Restat, ut de infinitivo aoristi post verba vaticinandi adhibito nonnihil afferam. Quam Madvigius (l. l. pag. 44) primo loco protulit hujus structurae explicationem, cum dicit infinitivum aoristi ideo verbis illis addi, quod futuri notio in verbo ipso jam sita sit, eam amplecti non possum, quia tum maxime ut post *ὄμνυμι, ὁρκόω, προγιγνώσκω, προεῖπον, ὑπισχνοῦμαι* et *ἐλπίζω* (ubi haec significationem dicendi et putandi integram servaverunt) exspectaveris sive futurum sive aoristum cum *ἄν* vocula. At alteram explicationem profert idem Madvigius longe simpliciorem multoque rectiorem: *χράω* ex analogia verborum jubendi cum infinitivo aoristi et praesentis jungi. Certe omnia quae apud Thucydidem inveni exempla, uno excepto, de quo statim

dicendum erit, probant *χράω* aliisque vaticinandi verbis illam vim inesse. Neque exceptio, quam dico, III, 96, 1 *χρησθὲν αὐτῷ ἐν Νεμέᾳ τοῦτο παθεῖν* (sc. *ἀποθανεῖν*), a regula principali, ad quam infinitivi usum dirigendum existimamus, discedit. Nam licet jubendi nihil in hac enuntiatione insit, tamen pro futuro non est positus aoristus, propterea quod pendet e simili notione destinandi, quasi dictum esset: „*εἱμαρμένον ἦν αὐτῷ τοῦτο παθεῖν*.“ Plane igitur congruit hic locus cum eo, qui legitur apud Sophoclem in Oedipode Rege (711):

> *χρησμὸς γὰρ ἦλθε Λαΐῳ ποτὲ* . . .,
> *ὡς αὐτὸν ἥξοι* (Schneidew. *ἕξοι*) *μοῖρα πρὸς παιδὸς θανεῖν*,

nisi quod Thucydides brevius est locutus. Sed Sophocles ipse Oed. Col. v. 969

> *εἴ τι θέσφατον πατρὶ*
> *χρησμοῖσιν ἱκνεῖθ', ὥςτε πρὸς παίδων θανεῖν*

breviorem eloquendi modum adhibuit, omninoque *θέσφατόν ἐστιν* et alias vaticinandi formulas saepissime a Graecis cum aoristi vel praesentis infinitivo conjungi satis notum est (cf. Hom. *δ* 561. *κ* 473). Id vero potissimum nostram explicationem commendat, quod *ὥςτε* additur infinitivo et dativus cum verbo regente copulatur: nam si *χράω* vere esset verbum dicendi, quod Floeckius (pag. 30) contendit, accusativum cum infinitivo recipere deberet.

## § 6. DE ACCUSATIVO C. INF. QUI EX ANALOGIA ORTUS EST.

Pergamus jam ad eam infinitivi structuram, in qua nullus est nexus inter verbum regens et accusativum subjecti, infinitivus autem certum tempus non indicat, ita ut perinde a simplici infinitivo atque a genuino accusativo cum inf. differat: V, 90 *χρήσιμον μὴ καταλύειν ὑμᾶς — εἶναι τὰ εἰκότα —*

*πείσαντα ὠφεληθῆναι.* Quam adulterini accusativi cum infinitivo conjuncti constructionem ex analogia genuini ortam esse nemo negabit. Nam lingua, postquam post longum temporis spatium accusativo cum inf. assuevit, facile eo pervenit, ut vel simplicis infinitivi subjectum, quoties a verbi finiti subjecto discrepuit, accusativo notaret, quem usum vel in simplici infinitivo latius patere satis constat (*δέομαί σου πρόθυμον εἶναι*). Sic accusativus *κατ' ἐξοχήν*, ut dicunt grammatici, factus est casus subjectivus infinitivi idque veterrimis jam temporibus, quippe qui apud Homerum usitatissimus sit (cf. Albrechtii dissertationem pagg. 25, 27, 28, 31, 32, 53). Declaretur res exemplo ex Homero petito. *Εὔχομαι* verbum nudus sequitur infinitivus, ubi congruunt subjecta verbi finiti et infiniti, ut *O* 372

*εἴ ποτέ τίς τοι εὔχετο — νοστῆσαι;*

simulac vero is qui precatur non est idem, pro cujus salute aut pernicie fiunt preces, novum subjectum statim accusativo indicatur, sicuti *ξ* 423:

*ἐπεύχετο πᾶσι θεοῖσι*
*νοστῆσαι Ὀδυσῆα πολύφρονα ὅνδε δόμονδε.*

Rectissime Albrechtius (pag. 39) observat, in talibus formulis personam, de qua rogatum proferatur, ex analogia verborum dicendi accusativo notatam esse, sed idem false ejusmodi verba in numero verborum dicendi posuit: sunt enim verba rogandi ideoque necesse est, ut a dicendi verbis, quae verum accusativum cum inf. recipiunt, diligenter secernantur. Quae cum ita sint, sequitur, ut potissima veri accusativi cum inf. conjuncti nota desit adulterino, hoc dico, ut infinitivus vim enuntiandi non habeat neve certo tempori adstringatur. — Quae apud Thucydidem illius structurae inveni exempla, haec sunt:

*βούλομαι.* Inf. praes.: I, 44, 2. 139, 3. 140, 4. II, 5, 2. III, 3, 1. 51, 2 (bis). 65, 2. 86, 2. IV, 132, 2. V, 7, 1. VI, 9, 2. VII, 35, 2. 48, 1. 49, 1. 51, 1. 53, 1. VIII, 29, 1.

92, 10. 92, 11. Inf. aoristi: I, 87, 1. II, 29, 1. 29, 4. III, 36, 4. 65, 2. IV, 47, 1. V, 91, 2. VI, 36, 1. 78, 2.

*ἐθέλω*. VIII, 92, 11 (bis praes.).

*βουλεύομαι ἐξελθεῖν μηδένα* II, 74, 1.

*γνώμη ἐστί, γιγνώσκω*, similia. Inf. praes.: I, 62, 2. VI, 47, 2. Inf. aoristi VIII, 67, 1 (ter). VI, 47, 2.

*δοκεῖ μοι* (decerno). Inf. praes.: I, 125 (bis). III, 30, 1. IV, 15, 1. V, 77 (ter). V, 79 (quinquies). VIII, 8, 3. 11, 2. Inf. aoristi V, 79 (quater). V, 77 (quater).

*ψηφίζομαι*. Inf. praes.: V, 27, 2. 34, 1 (bis). 47, 7. VI, 13, 2. 26, 1. 27. VIII, 15, 2. 54, 2. 97, 1. 97, 2.

*ἀξιόω*. Inf. praes.: I, 42, 1. 135, 1. IV, 3, 2. 40, 1. 65, 4. 86, 2. V, 35, 5. VIII, 50, 4. 56, 4. Inf. aoristi: I, 119. III, 58, 1. 66, 2. V, 41, 1.

*ἐπισκήπτομεν — γενέσθαι σωτῆρας — ἐλευθεροῦντας — διολέσαι* III, 59, 4.

*ἀποκρίνεσθαι* IV, 99 (praes. et aor.).

*δόμεν αὐτοὺς ὀμόσαι* V, 77, 2.

*ἐνεῖναι — τὰς νήσους δουλεύειν* VIII, 43, 4.

*εὔνοιαν ἔχουσα — πρᾶξαι ἡμᾶς, ἃ ἐπινοοῦμεν* II, 11, 2.

*ἐπιθυμοῦντας* V, 36, 3 (aor.).

*ἀγώνισμα εἶναι — μηδὲ καθ' ἕτερα αὐτοὺς διαφυγεῖν* VII, 59, 1.

*ἐπεμέλοντο* VI, 54, 6 (praes.).

*ἔλεγον — πλεῖν αὐτὸν — μὴ κατασχεῖν* VI, 29, 3. *ἐλέγετο — ἐλθόντας — ἄρχειν — ξυλλέγειν* VIII, 67, 3.

*κήρυγμα ἀπειπών*, similia. *μένειν — ἀπιέναι* IV, 105, 2. *πολιτεύειν* IV, 114, 1.

*ἐσήμηνεν ἐπεξαγαγόντας — ἐξισῶσαι* V, 71, 3.

*ἐπαγγείλαντες* VI, 56, 1 et *παραγγέλλω* V, 71, 3 cum praes.

*ἐποτρύνωσι τὸν ἐκεῖ πόλεμον ἔτι μᾶλλον γίγνεσθαι* VII, 25, 1.

*ξυγχωρῆσαι τοὺς ἄλλους οἰκεῖν* III, 75, 1. *ὥςτε ἐκείνους περὶ αὐτῶν βουλεῦσαι* V, 116, 2.

ξυγγνώμη ἐστὶ — τοὺς Ἀθηναίους πλεονεκτεῖν — προνοεῖσθαι IV, 61, 4. (cf. V, 88.)

παρέχει αὐτοὺς δικαστὰς γίγνεσθαι I, 137, 2.

ἔπραξαν ὥςτε Ἀργείους σπονδὰς — ποιήσασθαι V, 78.

φυλάσσω cum infinitivo praesentis: III, 23, 1. VII, 17, 1. 77, 5; φυλακὴν εἶχε II, 69 (bis).

ἔσχε I, 73, 3 (praes.).

παύσαντες τὸ μὴ προςελθεῖν ἐγγὺς τὴν ὁλκάδα VII, 53, 4.

ἀνταπαιτῆσαι III, 58, 1 (aor.).

παραινέω, similia. VIII, 46, 1 (praes. et aor.). V, 38, 4 (praes.). V, 69, 1 (aor. et praes.). V, 69, 2 (praes. et aor.).

ἐπεσπάσατο V, 111, 3 (bis aoristus usurpatur).

ἐπικρατούντων V, 46, 4 (praes.). κρατοῦντες ὥςτε μὴ αὐτίκα ἀνοίγεσθαι IV, 104, 2.

κατέστησαν μηδένα τρέπεσθαι — φεύγειν II, 84, 2.

τὸν νόμον εἶναι τοῖς Ἕλλησιν IV, 98, 2 (praes.).

ὅσιον εἶναι III, 56, 1 (praes.).

ἀνάγκη VII, 14, 1 (praes.).

διαμάχεται λόγους μὴ διδασκάλους πραγμάτων γενέσθαι III, 42, 2.

σπονδὰς ποιεῖσθαι, similia. Inf. praes.: III, 114, 3 (bis). IV, 16, 1. 16, 2 (ter). 16, 3 (bis praesens totidemque perf.). V, 47, 3 (bis). 47, 4 (bis). 47, 5. 47, 6 (bis). 47, 9. 47, 12. 47, 13. V, 18, 1 (quater). 18, 2. 18, 4. 18, 5 (bis). 18, 7. 18, 8. 18, 9. 18, 10. VIII, 37, 1 (bis). 37, 2. 37, 3 (quinquies). Inf. aor.: III, 114, 3. IV, 16, 1. 16, 3 (bis). V, 47, 9. 47, 12. V, 18, 8.

ξυμβαίνω. IV, 66, 3. 69, 3 (praes.). II, 70, 2. IV, 46, 2. IV, 66, 3. 69, 3 (aor.).

ξυνηνέχθησαν γνώμῃ — εἶναι IV, 65, 1.

ξυγκεῖσθαι κρατεῖν βασιλέα VIII, 52, 2.

ὁμολογίαν ποιοῦνται ὥςτε δέχεσθαι αὐτοὺς — ἀποστέλλειν Μυτιληναίους, Πάχητα μήτε δῆσαι μηδένα μήτε ἀνδραποδίσαι μήτε ἀποκτεῖναι III, 28, 1. IV, 118, 8 et 9 (ter praes., semel aor.).

*ξυνθῆκαι σπονδὰς εἶναι* VIII, 37, 1. VIII, 58 (septies praes., aoristus semel).

*ὅρκοι ἦσαν* V, 42, 2 (bis praes.).

*κατὰ τάδε ξύμμαχοι ἔσονται* (terdecies praes., aoristus semel) V, 23, 1—5.

*ἐλπίζω, ἀναμένω* et quae sunt similia, quae jam pag. 70 sq. attuli, si infinitivum praesentis vel aoristi simul cum accusativo recipiunt et ad futuras res spectant, huc sunt trahenda. Cf. IV, 9, 4 (praes.). VI, 36, 6. V, 95. IV, 135. 120, 3. VII, 20, 3. III, 3, 1 (aor.).

*ἄδικον* VI, 16, 4 (praes.).

*ἀδύνατον* III, 43, 2 et VIII, 66, 5 (aor.).

*οἷόν τε* VI, 78, 3 (praes.).

*ῥᾴδιον* IV, 27, 4 et VI, 21, 2 (aor.).

*σπάνιον ἦν τῶν Ἑλλήνων τινὰ ἀρετὴν τῇ Ξέρξου δυνάμει ἀντιτάξασθαι* III, 56, 3.

*σῶφρον* VI, 41, 1 (bis cum inf. praesentis).

*ὕποπτον* IV, 78, 2 (praes.) et VI, 56, 2 (aor.).

*χρήσιμον*. Inf. praes.: V, 90 (bis). VI, 12, 1 (perf.). Inf. aoristi: V, 90. VI, 12, 1. 53, 3.

*ἄξιον* I, 42, 2 (praes.).

*ἀρκοῦν δηλοῦσθαι τὰς τιμάς* II, 35, 1.

*αἰσχρόν*. Inf. praes.: IV, 64, 2. VI, 21, 1. Inf. aor.: I, 122, 3. II, 62, 5. 97, 4. VI, 21, 1.

*ἄμεινον* I, 91, 4 (praes.) et VI, 9, 1 (aor.).

*ἀνανδρία πολλοὺς μιᾷ πόλει μὴ ταχὺ ἐπελθεῖν* I, 83, 1.

*ἀνεπίφθονον* I, 82, 2 (aor.).

*ἀξιόχρεως* IV, 30, 2 (praes.).

*οὐκ ἀσφαλές, ἀσφάλειά ἐστι*, similia. Inf. praes.: I, 75, 2. II, 11, 6. 27, 1. III, 53, 3. Inf. aor. I, 137, 2.

*δίκαιον*. Inf. praes.: I, 34, 1. 123, 2. II, 11, 2. 87, 2. 36, 1. 42, 2. IV, 114, 3. VI, 38, 4. Inf. aoristi: I, 32, 1. II, 87, 2.

*δυνατὸν — τὸν πόλεμον ποιεῖσθαι* VI, 71, 1.

*δεινόν* III, 57, 2 (ter aor.).

*καλόν ἐστι, καλῶς ἔχει.* Inf. praes.: II, 11, 6. 35, 1. I, 28, 3 (bis). Inf. aor.: VII, 70, 7. VI, 80, 2 (bis). VIII, 12, 2 (ter).

*ἐκ τοῦ ὁμοίου ἔσται* I, 143, 3 (praes.).

*καθεστῶτος* (cum mos sit). I, 76, 2. IV, 97, 2 (praes.).

*ἐνδέχεται.* Inf. praes.: I, 124, 2 (bis). II, 87, 2 (bis). Inf. aor. I, 140, 2.

*ξυμβαίνει.* Inf. praes.: II, 61, 2. IV, 59, 2. V, 14, 3. 37, 4 (bis). 72, 2. VI, 88, 1. VII, 11, 3. 75, 7 (bis). 86, 2. Inf. aoristi: I, 95, 3. 100, 1. II, 77, 4. 87, 1. 54, 2. III, 89, 4. IV, 6, 2. V, 14, 1 *ὥςτε πολέμου μηδὲν ἔτι ἅψασθαι μηδετέρους.* 72, 1 (ter). 73, 2. 75, 3 (bis). VI, 31, 4 (bis). 55, 4. 70, 1. 87, 5. VIII, 25, 4. 73, 1.

*ξυνετύγχανε* semel cum inf. praes., quater cum perfecto VII, 70, 6.

*περιγίγνεται ἡμῖν — μὴ ἀτολμοτέρους — φαίνεσθαι* II, 39, 3.

*ξυνηνέχθη* I, 23, 1 (praes.). *ξυνέπεσε* IV, 68, 2 (aor.).

*παρασχόν* I, 120, 3 (praes.).

*ξυμφορώτερον* III, 47, 3 (praes.).

*ξυνειθισμένοι* IV, 34, 1 (aor.).

*περὶ πλείονος ἦν* III, 82, 6 (aor.). *πρὸ πολλῶν ἂν ἐτιμήσαντο — ξυμμάχους γενέσθαι* VI, 10, 2.

*καιρὸς ὑμᾶς βουλεύσασθαι* VII, 11, 1.

*κίνδυνος* IV, 66, 2 (praes.). *κινδυνεύειν* — IV, 15, 2 (bis aor.).

*πρέπει.* Inf. praes. I, 86, 3. VI, 23, 2 (praes. et perf.). Inf. aor. VII, 68, 2 (bis).

*προςήκει* VI, 88, 2 (praes.).

*δεῖ.* Inf. praes.: I, 39, 1. 74, 1. 96, 1. 120, 3. II, 76, 2 (bis). III, 12, 2 (bis). 43, 2. 46, 3 (ter). 76, 3. IV, 89, 1. V, 15, 2. 98. VI, 21, 1. 56, 3. 85, 1. VII, 26, 1. 27, 1. 43, 2. Infin. aoristi: II, 5, 1. 45, 2. 83, 1. 84, 3. 95, 3. III, 2, 1. 25, 2. 29, 1. 43, 2. 95, 3. 97, 2. IV, 10, 4. 76, 3. 89, 1. V, 26, 4. 42, 1. 42, 3. 60, 1. VI, 23, 3 (bis). 37, 3. 56, 3. VIII, 98, 2.

χρή. Inf. praes.: I, 39, 3 (ter). 82, 4. 91, 4 (bis). 120, 1 et 2 (ter praes., semel perf.). 123, 1. 139, 4. 143, 4. 143, 4 et 5 (ter). II, 11, 2 (bis). 11, 3. 35, 3. 43, 1. 60, 3. 51, 1. III, 13, 3. 37, 5. 39, 5 (perf.). 42, 4 et 5 (quinquies). 46, 5. 63, 2 (bis). 67, 1. IV, 21, 3. 27, 3 (ter). 38, 2. 61, 1 (bis). 61, 2 (praes. et perf.). 66, 1. 92, 6. V, 27, 2. 27, 3. 35, 2. 46, 1 (praes. et perf.). VI, 8, 3. 10, 3 (ter). 11, 5. 48, 1 (ter). 68, 2. VII, 48, 6. 49, 2. 63, 1 (ter). χρεών I, 77, 3. II, 61, 3. VII, 73, 1. Infinit. aoristi: I, 41, 1. 80, 2. 139, 4. 143, 4. II, 13, 5. 46, 1. IV, 21, 3. 34, 3. 61, 1. 61, 2. 62, 2 (bis). 92, 1. 92, 6. V, 27, 2. 27, 3. 46, 1. VI, 8, 3. 11, 5. 48, 1. VII, 67, 2. χρεών VII, 73, 1 (bis).

Neque ullum puto offensum iri, si εἰκός ἐστιν, ubi idem valet ac latinum decet vel consentaneum est, cum infinitivo constructum inveniat, subjecto in accusativo posito. Sic infinitivus praesentis legitur: II, 10, 1. 41, 2. 62, 4. 63, 1 (ter). IV, 18, 2. 98, 4. V, 88. VI, 78, 4. 80, 1. 91, 5. VII, 66, 3 (perf.). 77, 4. VIII, 46, 4. 70, 2. 92, 4. 94, 2; infinitivus aoristi: II, 62, 4 (ter). 63, 1. IV, 11, 3. 92, 1. 128, 3. V, 26, 2. VI, 31, 5. 55, 2. 87, 3. VIII, 46, 4. 92, 4. Sed ne hoc quidem mirum, quod idem verbum, etiam ubi ad res futuras spectat, cum praesentis aut aoristi infinitivo colligatur, quia non est verbum dicendi. Nos quidem, si dicimus: „Es ist wahrscheinlich, dass wir siegen werden,“ sententiam secundariam ita comparamus, quasi e verbo cogitandi apta sit, id quod latine quoque fit („verisimile est nos fore superiores“); at graeci homines, si eadem suo more sic exprimunt: εἰκός ἐστιν ἡμᾶς ἐπικρατῆσαι (I, 121, 1), ne minime quidem cogitandi vim enuntiationi primariae supponunt, sed rem, de qua agitur, infinitivo tanquam substantivo indicant, ergo simplicem infinitivum in usum vocant, nisi quod subjectum hujus infinitivi accusativo notant. Quod si nostro sermone exsequi vis, adhibendum erit nomen: „unser Sieg ist wahrscheinlich“. Futuri igitur infinitivus εἰκός vocem ne potest quidem sequi, sed semper aut praesente aut aoristo opus est. Aoristus apud Thucydidem sic

usurpatus invenitur: I, 81, 2 (bis). 121, 1. II, 11, 5. 48, 2. 73, 1. III, 10, 3. 40, 4. IV, 60, 2. 85, 4. V, 109. VI, 11, 2. 11, 3. 36, 3. 49, 2; praesens IV, 20, 3. VI, 17, 3 (bis). VII, 74, 2. De rebus praeteritis dictum est *εἰκός* — *κοσμῆσαι* I, 10, 4. *ξυνάψασθαι* II, 29, 3. *ξυμπλεῖν* I, 10, 6. *διεσπάρθαι* III, 30, 1. *κεῖσθαι* III, 45, 2.

Sequuntur *πρίν*, *πρότερον ἤ*, *ὕστερον ἤ*, *ὥςτε* conjunctiones, quae infinitivum una cum accusativo subjecti recipiunt. *πρίν* particulae ejusmodi accusativus cum infinitivo praesentis adnectitur IV, 2, 1. 67, 5. 79, 1. 125, 3. V, 10, 3. VI, 61, 1; cum infinitivo aoristi: II, 82. 86, 4. III, 30, 1. 46, 4 (ubi supplendus est accusativus). 69, 2. IV, 20, 1 (bis). 67, 5. 69, 1. 70, 3. 100, 3. 128, 1. V, 38, 2. VI, 2, 5. 97, 2. 97, 3. VII, 28, 2. VIII, 12, 1. 45, 1.

*πρότερον ἢ αἰσθέσθαι αὐτούς* VI, 58, 1.

*ὕστερον ἢ αὐτοὺς οἰκῆσαι* VI, 4, 3.

*ὥςτε*. Inf. praes.: I, 29, 2. 130, 2. 141, 6. II, 4, 2. 75, 2. 75, 4 (bis). 76, 1. III, 21, 2. 87, 1. 92, 3. IV, 12, 3 (bis). 46, 2 (perf.). V, 34, 2. VI, 70, 1. 90, 3. VII, 34, 1. 75, 4. VIII, 76, 6. 86, 5. Inf. aor.: I, 80, 1. II, 58, 2. IV, 36, 2. 47, 1 (bis). 100, 3 (ter). V, 74, 2. VI, 70, 1. VII, 14, 2. VIII, 56, 2. 56, 4.

## § 7. DE INFINITIVO CUI ADDITUR ARTICULUS.

Infinitivus articulo instructus non solum ut simplex infinitivus substantivi vices suscipit, ita ut nulli certo tempori adstringatur (cf. *ὑπόμνησιν τοῦ θαρσεῖν* II, 88, 2. *ἀπορία τοῦ μὴ ἡσυχάζειν* II, 49, 4. *ἐκ τοῦ σφαλῆναι* VII, 68, 3. *τῷ παρανομῆσαι* III, 82, 5), verum etiam veri accusativi cum infinitivo conjuncti natura praeditus est (cf. *ἐλπὶς τοῦ περιέσεσθαι* I, 144, 1. *ἀνέλπιστον τὸ κατὰ γῆν σωθήσεσθαι* VII, 71, 6. *σημεῖον εἶναι τοῦ καὶ ἄλλο τι ἂν αὐτοὺς τῶν μεγίστων ἀνδρείως ὑπομεῖναι* IV, 120, 3). Ac si contuleris illud *ἐλπὶς τοῦ περιέσεσθαι* (I, 144, 1) cum II, 56, 2 *ἐλπίδα τοῦ ἑλεῖν*, hanc inter utrumque enuntiatum invenies differentiam, quod hoc originem duxit e simplicis infinitivi

structura *ἐλπίζω ἑλεῖν*, illud ex accusativo (vel nominativo) cum infinitivo *ἐλπίζω περιέσεσθαι*, scilicet quod *τοῦ ἑλεῖν* proxime accedit ad simplex nomen verbale (*τῆς ἁλώσεως*, die Hoffnung auf Eroberung), *τοῦ περιέσεσθαι* vero sic ortum est, ut tota enuntiatio pendens ex verbo *ἐλπίζω*, quae in oratione obliqua ad infinitivi formam redigitur (*ὅτι περιέσομαι, περιέσεσθαι*, die Hoffnung, dass ich siegen werde), articulo praeposito, fieret substantivum. Itaque satis manifestum est, infinitivum futuri vel infinitivum cum *ἄν* sociatum (exempli gratia *ἐλπὶς τοῦ ἑλεῖν ἄν τὴν πόλιν*) eodem ipso modo articulum accipere, quo plenae enuntiationes sive principales sive secundariae tanquam substantivi articulo instruantur, sicuti: *τὸ γνῶθι σεαυτόν. τὸ πότε δεῖ λέγειν δίδασκέ με. καταχρήσασθαι δεῖ αὐτὸν τῷ πῶς δ᾽ ἂν ἐγὼ τοιόςδε τοιῷδε ἐπεχείρησα*; (Plat. Phaedr. pag. 273 b.) Infinitivi autem praesentis et aoristi, ubi non ad futuras res spectant, certam ansam dijudicandi, utrum ex accusativo cum inf. orti sint an e simplici infinitivo emanaverint, non praebent, quamquam concedendum est Madvigio (pag. 31), simplicius et verisimilius omnes ejusmodi elocutiones e simplici infinitivo explicari: IV, 17, 3 *διὰ τὸ εὐτυχῆσαι* infolge ihres Glückes; VI, 49, 2 *διὰ τὸ ἀπιστεῖν σφᾶς μὴ ἥξειν* infolge des Argwohns, sie würden nicht kommen; III, 40, 2 *ἐκ τοῦ εὖ εἰπεῖν* aus der Schönrednerei; V, 16, 1 *ἐκ τοῦ πολεμεῖν* aus der Kriegführung. Id tantum Madvigius sine justa causa contendere videtur (ibid.), aoristi infinitivum, cui accedat accusativus, praeteriti temporis significatione ornari, ut II, 81, 5 *τῶν δὲ Ἑλληνικῶν στρατοπέδων οὐδέτερον ᾔσθετο τῆς μάχης διὰ τὸ πολὺ προελθεῖν*. IV, 88 *οἱ δὲ Ἀκάνθιοι — διὰ τὸ ἐπαγωγὰ εἰπεῖν τὸν Βρασίδαν — ἔγνωσαν οἱ πλείους ἀφίστασθαι Ἀθηναίων*. V, 11, 3 *διὰ τὸ μὴ ἐκ παρατάξεως, ἀπὸ δὲ τοιαύτης ξυντυχίας καὶ προεκφοβήσεως τὴν μάχην μᾶλλον γενέσθαι*: nam et in talibus enuntiatis infinitivus nomen verbale sine certi temporis significatione haberi potest, ut in adulterino quem vocamus accusativo cum infinitivo. Quae cum ita sint, omnia,

quae de nudi infinitivi temporibus disseruimus, etiam de eo infinitivo valent, cui adjicitur articulus. Itaque vix necesse est dicere, infinitivum futuri cum articulo conjunctum nonnumquam propositum indicare posse, ut simplicem infinitivum futuri post verbum *διανοοῦμαι*, de quo supra disputavimus (pag. 37 sqq.). Apud Thucydidem hujusmodi exemplum invenitur IV, 126, 5 *τοῦ τε ἐς χεῖρας ἐλθεῖν πιστότερον τὸ ἐκφοβήσειν ὑμᾶς ἀκινδύνως ἡγοῦνται*, cui Kruegerus addit alterum e Xenophonte petitum Anab. II, 4, 19 *εἶπεν ὡς οὐκ ἀκόλουθα εἴη τό τε ἐπιθήσεσθαι καὶ λύσειν τὴν γέφυραν*.

Restat, ut congeramus exempla Thucydidea, quae infinitivum cum articulo conjunctum praebent, et primum quidem ea, ubi infinitivus *nominativi* partes suscipit, veluti: Infin. praesentis I, 5, 3., 32, 3. 42, 3. 70, 4. 124, 1. II, 44, 3 (bis). 64, 4. (III, 84, 2). V, 9, 1. VII, 62, 4. 64, 1. Inf. perfecti II, 87, 2. III, 83, 1. Inf. aoristi I, 41, 2. 142, 3. II, 35, 2. 87, 3. III, 58, 2. 82, 4. V, 102. VI, 12, 1. VI, 37, 2 (bis). Inf. futuri VII, 71, 6.

Genetivi vice fungitur infinitivus praes.: I, 126, 1. 146. II, 49, 4. 60, 4. 65, 6. 88, 2. III, 12, 2. 15. 40, 6. 75, 3. 82, 3. 82, 9. (84, 2.) IV, 34, 1. 55, 4. 126, 5. V, 9, 4. 9, 6. 86. VI, 105, 3. VII, 8, 2. (VII, 21, 2.) VII, 43, 5. 106, 2 (bis); infin. perfecti I, 87, 4; infin. aoristi II, 56, 2. IV, 17, 2. 126, 5. VI, 41, 2. VII, 42, 2. 84, 1. VIII, 39, 3. 89, 3. II, 87, 1 (nam hic scribendum videtur *τοῦ ἐκφοβῆσαι*); inf. futuri I, 144, 1. II, 13, 7. 42, 3; inf. aoristi cum *ἄν* particula: IV, 120, 4.

In dativi loco positus est infinitivus praes. II, 89, 2. 102, 3. III, 3, 1. 38, 2. IV, 73, 2. IV, 126, 1. V, 113. VI, 31, 3. 80, 1. VII, 48, 6; inf. perfecti IV, 126, 1; infinitivus aoristi: I, 70, 3. III, 38, 1. 82, 5. IV, 34, 1. VII, 21, 4. 36, 5 *τῷ ξυγκροῦσαι* (secundum Kruegeri conjecturam). VII, 60, 4; inf. aoristi cum *ἄν* III, 11, 1.

Accusativi partes sustinet infinitivus praes.: II, 40, 1. 42, 3. III, 13, 2. 82, 8. (III, 84, 2 bis.) VI, 14. 17, 3. 18, 7. 34, 8 (bis). VII, 53, 4. 81, 3. VIII, 82, 2; infinitivus

aoristi I, 70, 5. II, 42, 3. III, 12, 2. 13, 2. 40, 2. IV, 73, 2. VI, 14. 61, 5. VII, 68, 2. 53, 4. VIII, 92, 11; infinitivus futuri IV, 126, 5.

A praepositionibus denique pendet permultis locis et quidem a praepositione

ἀντί IV, 62, 2. VI, 87, 2. VII, 28, 1. 75, 7 (inf. praes.).

ἀπό I, 138, 2. II, 63, 1 (praes.).

διά infinitivus praesentis I, 23, 2. 37, 2. 70, 5 (bis). 84, 1. 141, 2. 142, 3. II, 37, 1. 50. 51, 4. 64, 3. 65, 5. 89, 1. 91, 3. 93, 1. III, 82, 2. 82, 5. IV, 18, 3. 35, 1. 102, 2. V, 4, 3. 16, 1 (bis). 71, 1. VI, 2, 2. 9, 2. 10, 2. 18, 3. 49, 2. 55, 2. 56, 1. 68, 2. 84, 1. 87, 4. 92, 3. VII, 12, 3. 36, 3. 44, 5. 44, 6. 70, 4. 72, 3. VIII, 2, 2 (bis). 63, 1. 73, 3. 98, 3; infin. perfecti I, 3, 4. II, 14, 1. 51, 4. 52, 3. 64, 3. 81, 5. 89, 1. IV, 55, 4. VI, 11, 4. VII, 72, 3. 81, 4; infin. aoristi: I, 69, 5. II, 11, 3. 81, 5 (bis). IV, 17, 3. 88. V, 11, 3. 97. VI, 55, 2. VII, 68, 3. VIII, 71, 3; infin. aoristi cum ἄν particula IV, 106, 1; inf. praesentis cum ἄν particula VII, 62, 2.

ἐκ infinitivus praes.: I, 34, 2. 122, 4. II, 44, 2. 53, 3. III, 22, 1. V, 16, 1. VI, 17, 2. 38, 4 (bis). 40, 3 (bis). infin. aoristi: III, 14. 40, 2. VII, 68, 3.

ἐν inf. praesentis: II, 43, 1. 43, 3. IV, 18, 3. VI, 89, 2; infinitivus aoristi VI, 38, 2.

ἕνεκα I, 45, 2 (inf. praes.).

ἐπί infinitivus praes.: I, 34, 1. 38, 1 et 38, 2 (quater). 70, 5. 71, 1 (bis). 74, 3. 121, 4. II, 65, 6. III, 42, 5.

ἐς infin. praesentis: I, 17, 1. 22, 3. 56, 1. 87, 1. 23, 5. 70, 3. 136, 4. III, 45, 4. 82, 8. IV, 108, 2. VII, 19, 2. 63, 2. 67, 3 (bis). 69, 4. 70, 3; infin. aoristi: I, 93, 2. II, 48, 2.

κατά infin. praesentis: II, 97, 4. VII, 63, 2. 72, 3; infin. perfecti II, 89, 3.

μετά infin. praesentis: I, 6, 3. VI, 65; aoristi infinitivus II, 43, 3.

μέχρι infin. aoristi: II, 53, 3. V, 73, 5.

παρά infin. praesentis: I, 41, 3. 77, 2.

*περί* inf. praes.: II, 22, 1. 55. IV, 59, 2. 62, 1. 84, 1. V, 46, 1. VII, 49, 2 (perf.). VIII, 52, 2; infinitivus aor.: I, 37, 1. IV, 63, 3. VII, 56, 1.

*πρό* infinitivus praes.: III, 68, 1. IV, 59, 2; aoristi: V, 93. V, 100.

*πρός* infinitivus praes.: I, 72, 2 (bis). II, 11, 3 (bis). 87, 3 (perf.). III, 44, 2. V, 73, 4 (perf.). VII, 69, 3. VIII, 76, 5; infinitivus aoristi: VIII, 41, 1 (bis).

Infinitivus admirantis quem dicunt videtur esse VII, 28, 3 *τὶ γὰρ αὐτοὺς πολιορκουμένους ἐπιτειχισμῷ ὑπὸ Πελοποννησίων μηδ' ὣς ἀποστῆναι* e. q. s.

---

# Ἴ Σ Μ Α Ρ Ο Σ.

Vom Herausgeber.

Meine Vermuthung, der Name der thrakischen Weinstadt Ἴσμαρος könne mit der W. ἰς wünschen zusammenhängen (Grundz.[3] 373), nennt R. Rösler in der Ztschr. f. österr. Gymn. 1873 S. 105 ff. „verfehlt“ und stellt dagegen folgendes auf. „Nach einer Glosse in den Anecd. gr. ed. Bekker ἴσμος· δρύμα erklärt sich Ἴσμαρος aus thrak. ἴσμος Wald und dies findet sich wieder im altbaktr. *aeçma*.“

Diese wenigen Worte enthalten folgende 6 Fehler:

1) In Bekker Anecdotis wird jenes angeblich thrakische Wort nur im Index aus Theognost angeführt. Es war also jetzt zu citiren Crameri Anecd. Oxon. II p. 14.

2) Dort steht aber nicht ἴσμος, sondern ἴσμα.

3) Davon, dass das Wort thrakisch sei, berichtet uns niemand das allergeringste, und da es sich mitten zwischen griechischen findet, so hat diese Vermuthung durchaus keine Wahrscheinlichkeit.

4) δρύμα, das als Erklärung dient, ist überhaupt kein griechisches Wort. Bekannt ist nur δρυμός mit dem unregelmässigen epischen Plural δρυμά.

5) Man hat daher längst erkannt, dass jene Wörter verschrieben sind. Aus Steph. Thes. s. v. ἵσμα war zu ersehen, dass so, nicht ἴσμα, und dass statt δρύμα ἵδρυμα zu schreiben ist, wie W. Dindorf unter Hinweis auf ἵσμα τὸ ἵδρυμα im E. M. und bei Hesychius unstreitig mit Recht vermuthet. ἵσμα ist auch bei Lykophron v. 731 zu lesen. Das Wort ist echt griechisch und heisst „Gründung“ (W. ἑδ).

6) Auch für das aus der W. *idh* brennen hervorgegangene altbaktrische *aeçma* finde ich bei Justi keine andere Bedeutung nachgewiesen als die, welche das entsprechende skr. *idhmá-s* hat, nämlich „Brennholz“.

So wenig daher auf jene meine ganz beiläufig und frageweise vorgebrachte Etymologie von Ἴσμαρος Gewicht gelegt werden mag, so muss man doch wünschen, dass der thrakische Wald aufhöre, weiteren Schatten zu verbreiten.

# DE

# VOCALIUM GRAECARUM HYPHAERESI.

---

SCRIPSIT

**ADOLFUS FRITSCH,**

WETFLARIENSIS.

## § 1. PRAEMONENDA.

„Vocalium concursus: cum accidit, hiat et intersistit et quasi laborat oratio;" his paucis verbis Quintilianus (IX 4, 33) acutissime hiatus naturam exponit et docet nos, quid et Latinos et Graecos commoverit ut eum vitarent. Quod ut efficerent variis remediis usi sunt, quae potissimum haec sunt: crasis, synizesis, elisio. Verum etiam mediis in verbis, si aut consonis elisis aut terminationibus a vocali incipientibus cum stirpibus quae in vocalem exirent conjunctis complures vocales concurrebant, hoc plerumque illis displicuit neque alio modo quam in confinio verborum vocalium concursum vitare studuerunt; et crasi quidem respondet *συναλοιφή*, synizesis et in fine verborum et mediis in verbis usui est, elisionem in interiore voce factam appellant *συγκοπήν*, *ἔκθλιψιν*, *ὑφαίρεσιν*.

Plerumque duae vocales, nisi integrae servantur, per contractionem eaeque certis ex legibus, aliis in aliis dialectis, in unam syllabam coalescunt, ut e. g. *μυθέεαι* in *μυθεῖαι* (Hom.), rarius alterutra vocalis eximitur, ut in *μυθέαι* pro *μυθέεαι*. Quibus rationibus duae vocales complexione contraherentur, jam dudum in universum definitum est; minus autem adhuc pervestigatum est, quomodo et quibus in formis alterutra vocalis in interiore voce eliderctur. Nam Lobeckius, qui totam fere materiam in dissertatione „de syncope unius vocalis" in Element. Path. I, p. 218 sqq. accuratissime ac doctissime collegit, veteres grammaticos secutus non distinguit syncopen vocalium, quae inter consonantes positae sunt, ab eis exemplis, in quibus alterutra complurium vocalium

concurrentium elisa est. Itaque factum est ut ne certum quidem nomen exstaret, quo haec elisio significaretur. Nos igitur, cum totam rem denuo tractare nobis proposuerimus, primum inquiramus nomen, quo elisionem illam appellemus.

Elisionem internam veteres grammatici modo appellant syncopen, modo ellipsin, modo ecthlipsin vel thlipsin, modo exaeresin vel hyphaeresin. Et syncopen quidem ibi tantum factam esse statuunt, ubi syllabarum numerus, explosa ex media voce syllaba, imminuitur, ellipsis autem nomine aphaeresin, syncopen, apocopen comprehendunt (cf. Lob. Path. El. p. 3), ecthlipsi eandem affectionem significant, quam alibi apocopen appellant, cf. Lob. Path. El. p. 1 sqq. Relicuum est solum hyphaeresis vel exaeresis nomen, quo veteres grammatici elisionem alicujus litterae media in voce factam complectuntur. Ex his enim locis intellegi potest, quae sit hyphaeresis: in E. M. p. 680, 57 legimus: *Πόλυβος· συγκοπὴ καὶ οὐχ ὑφαίρεσις· εἰ γὰρ κατ᾽ ἔλλειψιν ἐγένετο τοῦ υ, ὤφειλεν εἶναι Πολύβος . . . ὡς ὠκύπους ὠκύπος;* E. M. 82, 18: *τὰ εἰς δος λήγοντα ὀνόματα . . . εὑρίσκομεν παρ᾽ Ἴωσι καθ᾽ ὑφαίρεσιν τοῦ δ λεγόμενα;* schol. Ar. Av. 149: *Λέπρειον καθ᾽ ὑφαίρεσιν τοῦ ι τὸ Λέπρεον εἶπεν.* Nobis igitur licere videtur elisionem vocalis, quae aut inter duas vocales aut ante aut post aliam vocalem facta est, appellare hyphaeresin.

In constituendis finibus hyphaeresis primum distinguendae sunt vocales molles, quo nomine *ι* et *υ* comprehendimus, et durae, quo nomine reliquas significamus. Molles enim vocales compluribus in linguis ante alias vocales in *j* et *v* commutantur, sicut in skt. *gâu-s* gen. *gav-ás*, neque aliter apud Graecos ea aetate, qua ei etiam *j* et *ϝ* pronuntiabant, ex **βου-ος *βοϝ-ος*, ex *ἀκουή *ἀκοϝη* ortum est; tum *j* et *ϝ* evanuerunt, ut in *βο-ός* pro **βοϝ-ος*, ut in verbis in *αω* pro *ajāmi* cet. Posteriore aetate cum Graeci *j* et *ϝ* non jam pronuntiare, itaque etiam *ι* et *υ* in semivocales *j* et *ϝ* commutare non possent, natura quasi mollis harum vocalium videtur eas extenuasse, ita ut modo *ποιέω* modo *ποέω*, et *ἐπή-*

ϱεια et ἐπηϱεάζω, et καὶ ἐν et κἄν in usu esset. Non tam simplici ratione vocales durae α ε ο — η et ω nunquam elisionem patiuntur — elidi videntur, quoniam semivocales quae eis respondeant, ut *j* et ϝ vocalibus ι et υ, non exstant; itaque summo jure in explicanda hyphaeresis-ratione eas a vocalibus mollibus segregabimus. Ac nostra quidem disputatio eo potissimum spectabit, ut omnes — quas quidem poterimus — formas, in quibus vocales durae ejiciantur, congeramus et leges vel regulas quasdam investigare studeamus, quas lingua graeca in elidendis vocalibus secuta sit. Sed eas quoque formas afferemus suo quamque loco, quae vocalem amisisse adhuc existimatae sunt, verum injuria. Priusquam autem mediam in rem veniamus, etiam aliud quiddam paucis astringam.

Jam antea monui, hyphaeresi respondere vocalium elisionem, quae in fine verborum fiat; videamus igitur num quid ex comparatione cum illa elisione proficere possimus, quod ad nostram quaestionem illustrandam spectet.

Ahrens in disputationis „de crasi et aphaeresi" p. 1 sq. sagacissime exposuit, elisione seu thlipsi vocalem finalem non prorsus deleri, sed deminui tantum, ita ut exigua quaedam ejus pars relinqueretur, quae neque accentum ferre valeret neque morae vices sustinere, ut in rhythmo pro nihilo habenda esset, prorsus autem evanescere vocalem, si quae voces, elisione facta, praeterea crasi conjungerentur. Neque aliter, ut in universum hyphaeresis naturam explicem, vocales media in voce ejici persuasum habeo; primum enim vocales deminuuntur, sic in ποιέ$^{ε}$ο, qua in voce deminutam vocalis potestatem minore litterae ε figura significo pro ποιέεο, ut in illo γαλήν᾽ ὁϱῶ, ut in francogall: *l'amie*, *j'avoue*, quae Ahrens (l. l.) affert. Extenuatae vocales tum paullatim prorsus evanescunt, ut e. g. ε in ποιέο pro ποιέ$^{ε}$ο. Sed accuratius de hac re in singulis tantum formis judicari potest.

Tum etiam aliud ex comparatione cum externa illa elisione concludere possumus, scilicet syllabas quamvis acutas

elidi posse. An alio modo explicare potes, si *πολλά* vel tale quid in *πολλ'* ante sequentem vocalem mutatur, quam ita ut *α* acutam elisam esse statuas? Tamen Corssen („Ausspr."[2] II, 923) negavit, vocales acutas ejici posse, quod accuratius refellere non mihi opus est, cum jam Curtius ea explicatione, quam in „Stud." IV. 223 dedit, plane demonstrasse mihi videatur. Corsseni opinionem nullo modo ferri posse. In ipsa autem disputatione multa exempla afferam, in quibus sine ulla dubitatione vocales acutas elisas esse censendum est, ut in *ἧμας* pro *ἡμέας*, *σφάς* pro *σφέας*, *κράνῖνος* pro *κρανέϊνος*, *τετράπνῃν* pro *τετραπνόην* cet., quae omnia hoc loco enumerare supervacuum videtur.

Jam cum ad vocalium hyphaeresin ipsam tractandam aggrediamur, primum agemus de eis formis, in quibus vocalis *ante* vocalem ejiciatur, tum de vocalibus *post* alias vocales elisis. Et in priore quidem parte satis variae formae nobis explicandae sunt, ad alteram partem eas tantum spectare intellegemus, quae post *ι* vel *υ* vocalem explodant.

## Caput I.

### DE VOCALIBUS ANTE VOCALES EJECTIS.

### § 2. DE NOMINIBUS IN -*ες*.

In nominibus quorum stirpes in *ϝ j ς* exeunt complures vocales semper fere consonis elisis congrediuntur, quem concursum vocalium Graeci modo integrum retinent, modo in aliis nominibus alia ratione vitare student.

1. *δεες* sive *δjεj-ες*.

Substantivi *δέος* a *δjεj-ος* derivati (cf. Curt. „Grdz."[3] 607) correpta forma non invenitur, nisi in *δέα* pro *δέεα* a Lobeckio (Path. El. I, 260) ex Aeliano allato, quod idem significet quod *δείματα*; sed recte Lobeckius exponit hoc esse

quaesitae cujusdam elegantiae, quod ille atticum χρέα imitatus sibi finxerit. Adjectivorum autem cum -δεες compositorum in homericis carminibus legimus duo exempla, in quibus correptio fit. Constat primum de accusativo singularis ὑπερδέα, qui legitur P 330: ὑπερδέα δῆμον ἔχοντες. De θεουδής autem cum magna dissensio sit inter viros doctos, prius nobis demonstrandum est, illam vocem ad hunc locum recte referri. Ac primus quidem Buttmann in Lexilog. I, 169 exposuit, θεουδής non esse contractum e θεοειδής, sed compositum e θεός et δέος; hoc concludi posse ex omnibus locis, quibus Homerus θεουδής voce uteretur, hoc confirmari interpretatione veterum grammaticorum, qui verterent θεοσεβής, εὐσεβής, et usu posteriorum poetarum epicorum; θεουδής igitur, a θεοδεής derivatum, eam vim habere, quam nostrum „gottesfürchtig". Existimat igitur ε vocalem esse elisam, ο autem non aliter productam quam α in voce ἀδεές propter ϝ consonam, quae in δέος post δ posita fuerit. Sed aliis viris offensioni fuit hyphaeresis ε vocalis ante ης; itaque Doederlein („Hom. Gloss." I, 117) censet, ε metathesi facta positam esse post θεο-, e θεοδεής factum esse θεοεδής, θεουδής, ut e πενία πεῖνα, e δόρυος δοῦρος. Verum ε ejusmodi metathesin pati, nec ullo exemplo confirmari potest, nec per se verisimile est. Eadem de causa Düntzer (K. Z. XIII, 16) Buttmanni etymologiam rejicit et Apollonium Dyscolum secutus θεουδής esse compositum cum ἁδεῖν existimat. Cui explicationi et significatio a Buttmanno sagacissime exposita et ipsae litterae repugnant, nam οα nunquam contrahitur in ου, id quod Düntzer fieri vult. Lobeckius autem ad Buttmanni „Ausf. Gramm." II, 450 (cf. Path. El. I, 242) concedit quidem, reperiri ὑπερδέα, ἀκλέα, δυςκλέα altera ε elisa, sed in eo offendit, quod nominativus θεουδής secundum hanc explicandi rationem prorsus singularis sit, in nullius enim antiquioris poetae scriptis inveniri nominativum, qualis est δυςκλής, quo Simmias demum (Anth. P. XV, n. 22. v. 10 (6)) utatur. At analogia, quam Lobeckius desiderat, reperitur; legimus

enim *νηλής*[1]) pro *νηλεής* *I* 632, Pind. P. XI, 22, Aesch. Prom. 42, Eur. Cycl. 370; itaque non video, cur poeta non scripserit *θεουδής* pro *θεουδεής*. Buttmanni igitur etymologia esse rectissima videtur; quamquam ei non assentior in eo, quod disputavit de *ο* vocali producta in *ου*. Nam *j* littera, quae olim in *δέος* pronuntiabatur (Fick[2] 97 revocat *δέος* non ad *δjεj-ος* (cf. „Grdz."[3] 607), sed ad *δϝεj-ος*; nihil autem ad hanc quaestionem pertinet, utra consona post *δ* posita fuerit), vocalem syllabae ante positae neque in *ου* producere, neque omnino mutare potest; *ο* potius longa est ante *δjεος* ut in *ὑποδείσαντες* (*M* 413), ut *ε* in *ἔδεισεν*, ut *α* in *ἀδεές*, quibus in vocibus Aristarchus semper simplicem *δ* scripsit. Itaque mihi quidem verisimile est, *ου* diphthongum errori tantum librariorum et criticorum antiquorum deberi, rectam autem scribendi rationem esse *θεοδής* (cf. alia exempla id genus a Brugmano Stud. IV, 137 allata). Restat ut dijudicemus, utrum *ε* in vocibus *νηλής*, *θεουδής* elisa an contracta sit cum *ης* terminatione. Vocalis elisio ut consonae non fit repente, sed pedetentim paullatimque; sic in *ὑπερδέα*, *θεουδέα* altera *ε* non metri causa subito ejecta est, sed propter multitudinem vocalium quamvis acuta cum *α* primum synizesi conjuncta, tum demum prorsus explosa est. In *θεουδής*, *νηλής* autem cum multitudo vocalium causa mutationis esse non possit, putaverim non hyphaeresin, sed contractionem factam esse. An exponere mihi potes, qua ex ratione nomina in *-κλέης* semper contracta sint in *-κλῆς*, *νηλής*, *θεοδής* autem *ε* vocalem hyphaeresi amiserint? At accentus demonstrat *ε* esse elisam! Accentus a grammaticis additus est, qui intellexerunt in *θεοδέα*, *νηλέα* *ε* esse ejectam et inde conclusisse videntur, idem esse factum in *θεοδής*, *νηλής*, quae epicae voces ea aetate in usu non erant. Itaque accentus illam sententiam minime

---

[1]) Pro *Τερψικλής*, *Πασικλής*, in quibus *ε* elisam esse Renner („Stud." I, 1, 229) contra Kirchhoffi („Stud." p. 24) auctoritatem censuit, rectissime substituit *Τερψικλῆς*, *Πασικλῆς* Erman (Stud. V, 290).

comprobare potest. Etiam aliis in formis ε ante η elisa esse non recte existimatur, quas infra afferam.

2. δεϝ-ες.

Adjectivorum in -δεϝ-ες nullam formam repperi, quae ε vocalem amiserit; nam poetae epici nullo adjectivo in -δεϝ-ες utuntur nisi ἐπιδευής, apud Herodotum εε servatae esse videntur, sic in ἐνδεέα (II 108), καταδεέα (II 121, 2) ex sententia Bredovi (D. D. Herodot. 257). Cum autem Stein in ed. crit. optimos codices secutus ἐνδεᾶ, καταδεᾶ scribat, quae attica complexio nulla in alia voce legitur, praestat fortasse ἐνδέα, καταδέα scribere, altera ε elisa ut in φοβέαι cet. cf. § 11.

3. κλεϝ-ες.

Nomina in -κλεϝ-ες aliis in dialectis alio modo tractantur, itaque necessarium videtur, accuratius explorare, quae in quaque dialecto correptae formae exstent.

In *epica* autem dialecto ipsius substantivi κλέος has formas legimus: κλέος nom. et accus. sing. et κλέα, quod semper in formula reperitur κλέα ἀνδρῶν (*I* 189, 524, *ϑ* 73); quam formulam imitatus Apollon. Rhod. (I, 1) scripsit κλέα φωτῶν. α igitur in κλέα natura longa est, sed corripitur ante proximam vocalem. Et duplici quidem modo haec α longa explicari potest. Primum, ut Brugman (Stud. IV, 164) vult, fieri potuit ut prisca forma κλεϝ-εσ-α in κλη-ε-α, κλη-α, κλέᾱ commutaretur. Sed jam ipse Brugman (l. l. 175) exposuit, apud Homerum non semper ϝ cum compensatione elidi, ut in ἀγακλέες cet., tum nunquam pro ipso κλέος κληος in usu erat, deinde legimus in Hes. Theog. v. 100 κλεῖα προτέρων ἀνθρώπων, quod, dummodo ne commutes in -κλῆα contra traditam lectionem, contractum esse videtur ex κλεεα pro κλεϝ-εσ-α. Itaque licet suspicari, etiam κλέα ex κλεεᾱ ortum esse altera ε elisa, terminationis autem vetustissima quantitate servata, ut *Λ* 678 (*ξ* 100) πώεα οἰῶν, *N* 22 ἄφθιτα αἰεί (cf. Hartel „Hom. Stud.“ I, 42). Adjectiva quoque ἀκλέα, δυςκλέα, quae initio versus leguntur (*δ* 728 Ἀκλέα ἐκ μεγάρων, *B* 115, *I* 22 Δυςκλέα Ἄργος ἱκέσθαι), ab ἀκληα, δυςκληα quantitatis transpositione orta esse negaverim. Nam

post primum pedem versus heroici hiatus permissus est, sic in *E* 666 *Μηροῦ ἐξερύσαι*, *Λ* 532 *Εἰς ἅλα ἅλτο;* tum etiam alia adjectiva exstant, in quibus ϝ sine compensatione elisa est, sic: *ἀγακλεές* voc. *P* 716, *Φ* 379, *ἀκλεές* accus. sing. n. *H* 100, *εὐκλεές* *P* 415, *εὐκλείας* *K* 281, *φ* 331 pro *εὐκλεέας*. In quibusdam tantum formis ϝ productionem suppletoriam efficit; hae sunt: *ἀγακλῆος* *Π* 738, *Ψ* 529, *ἀκληεῖς* *M* 318, quod Apoll. Arg. I, 864 imitatus scribit *εὐκλειεῖς* pro *εὐκλη-εῖς*; ad quas accedunt *ἀκληῶς* *α* 241, *ξ* 371, *εὐκληῶς* *X* 110 nisi servatis litteris accentuque mutato *ἀκλείως*, *εὐκλείως* scribimus. In illis autem locis quamquam concedo contra codicum memoriam scribi *posse* cum Brugmano (Stud. IV, 137) *εὐ-κλῆας* pro *εὐκλείας*, tamen non video quid nos cogat, ut sic scribamus. Nam cum ϝ modo cum compensatione modo sine compensatione elidatur, formae traditae summo jure defendi possunt; in eis enim *εε* in *ει* contractae sunt. Elisa esse *ε* videtur in *ἀκλέες* vel *ἐϋκλέες*, ut Reiskius conjecit pro *ἀκλεεες*, quam vocem legimus in versu Callim. Del. 295: *εὔμοιροι δ' ἐγένοντο καὶ ἀκλέες οὔ ποτ' ἐκεῖνοι.* Sed nescio utrum hac forma Callimachus vocem *ἀκλεές* *H* 100 non recte imitatus sit, quam non nominativum pluralis numeri, sed accusativum neutri esse Buttmann (Lexil. I, 44) demonstravit, an doricas formas *ἱαρές* al., ut idem scripsit *βιοπλανές*.

In nominibus propriis in *κλεϝ-ες* apud Homerum ϝ semper productionem suppletoriam efficit, tum *η* cum proxima *ε* contrahitur, e. g. *Ἡρακλεϝ-εσ-ος* *Ἡρακλη-ε-ος* *Ἡρακλῆος* (cf. Brugm. Stud. IV, 164). Sed exstat etiam brevior forma, quam habes in nominibus: *Ἄμφικλος*, *Δόρυκλος*, *Ἔχεκλος*, *Ἴφικλος*, *Πάτροκλος*, *Φέρεκλος*. Haec non composita esse cum *-κλεος* suspicabantur veteres quidam grammatici, nam (cf. E. M. et Suid.) *Ἴφικλος* ex *Ἰφίκολος* deducunt, et scholiasta B. ad *E* 59 hoc adnotat: *Φέρεκλος ὁ κλόνον φέρων διὰ τῶν νέων.* Rectius autem Lobeckius (Path. El. I, 318) perspexit, ea eandem cum nominibus in *-κλῆς* originem habere. Hoc comprobatur eo, quod ejusdem nominis et brevior et longior forma usurpatur in homericis carminibus, sic et

*Πάτροκλος* et *Πατροκλῆς*, tum apud scriptores, qui post Homerum erant, e. g. ap. Soph. O. C. 1295 *Ἐτεοκλῆς*, 1316 *Ἐτέοκλος*. Quaeritur igitur, quanam ratione haec nomina in *-κλος* ex eadem stirpe derivata sint ac nomina in *-κλῆς*.

G. Meyer (Stud. V, 67) haud parvum numerum nominum affert, quorum stirpes et in *-ο* et in *-ες* exeant; suntne eis etiam *κλεϝ-ες* et *κλεϝ-ο* addenda? Minime quidem. Nam ex radice *κλυ*, ut G. Curtius, praeceptor dilectissimus, me docuit, fieri debebat *κλοϝο-ς*, non *κλεϝο-ς*, ut ex *ῥυ ῥοϝο-ς*, ex *πλυ πλοϝο-ς*. Itaque censendum est nomina in *-κλο-ς* ex nominibus in *-κλης* correpta esse, ut saepissime fit, ut nomina propria majorem correptionem patiantur quam alia nomina. Sic etiam in compositis *Κλεόβουλος*, *Κλεοπάτρη* cet. *κλε-ες* stirps in declinationem in *ο* videtur transiisse.

In dialecto *neo-ionica* nomina propria in *-κλε-ες* semper sic flectuntur: Nom. *κλεης* vel *κλῆς*, Gen. *κλέος* vel *κλεῦς*, Dat. *κλέϊ*, Acc. *κλέα*, N. Pl. *κλέες* (cf. Bred. D. D. Herod. 258, Renner. Stud. I, 1. 229, Erman. Stud. V, 306); in casibus obliquis igitur altera *ε* elisa esse videtur. Sed considerantibus in nominibus propriis in *-κλε-ες* et apud Homerum et apud Hesiodum (cf. Förstemann. D. D. Hesiod. 17) *ϝ* semper productionem suppletoriam efficere concedendum est, *-κλεος*, *-κλεϊ*, *-κλεᾰ* terminationes correptas esse posse ex *-κληος*, *-κληι*, *-κληα*. — Adjectivorum in *-κλεες* Bredow (l. l. 257) nullam formam nisi *ἀκλεᾶ* ex Herod. I, 1 affert, quam Stein in ed. crit. retinet, Bredow autem in *ἀκλεέα* mutari vult. Sed neque *ἀκλεᾶ* neque *ἀκλεέα* ferri potest, nam eo, quod in dialecto epica, in qua cum antiquae cum novis formis tum variae dialecti ionicae et inter se et cum aeolica mixtae sunt, unde fit, ut nomina in *-κλεες* in casibus obliquis in *-κληος* vel *-κλεεος* cet. exeant, minime demonstratur, eandem varietatem formarum etiam in ceteris dialectis exstitisse. Cum autem intellexerimus nomina propria in dialecto neo-ionica semper formas correptas habere, idem censendum est de adjectivis. Itaque utut de origine hujus

formae judicamus, vix dubito quin apud Herodotum *ἀκλέα* scribendum sit.

In dialecto *dorica* nomina propria cum *-κλεες* composita *ε* ex casibus obliquis semper ejiciunt (cf. Ahr. D. D. II, 235); eas enim formas non correptas esse ex *-κλῆος* cet., concludi licet jam ex ea causa, quod longa forma in *-ηος* cet. nusquam exstat. Vocativi exemplum in purioribus fontibus non reperitur, suspicatur autem Ahrens *Ἥρακλες* doricum esse; quamquam apud Pindarum hos legimus vocativos: P. VII, 15 *Μεγάκλεες*, N. VII, 86 *Ἡράκλεες*. Adjectiva in *-κλεες*, quae non reperiuntur in titulis doricis, apud Pindarum elidunt semper nominativo excepto alteram *ε* ut nomina propria; hae enim formae exstant: *ἀκλεής* O. XII, 15, fr. 82, 5, Genet. vacat, Dat. *εὐκλέϊ* O. X, 85, N. II, 26, N. III, 68. Acc. *ἀγακλέα* P. IX, 106, I. I, 34, *εὐκλέα* O. VI, 76, P. VIII, 62, IX, 56, .N V, 15, VI, 46, *εὐκλέ'* fr. 53, 5, *ὁμοκλέα* fr. 79. *εὐκλέων* I. III, 7, IV, 23; praeterea G. A. Peter (D. D. Pindari 38) affert *εὐκλέας* ex O. II, 90, quod me fugerat. His decem et septem exemplis non respondent duae formae: *εὐκλεᾶ* P. XII, 24 et N. VI, 29, ubi *ε* littera cum *α* esse contracta videtur. Ahrens *εὐκλεᾶ· οἰχομένων* (N. VI, 29) commutari vult in *εὐκλέ' ἀποιχομένων*, Boeckh, cui Peter (l. l.) assentitur, in *εὐκλεῖα· παρ* . ., sed restat etiam alter locus, quem dubito num commutare possimus. Potius cum Bergkio et Mommsenio servandum est *εὐκλέα*; nam Pindarus non semper sibi constat, sed utitur formis vel ex aliis dialectis assumptis, vel non ab eisdem Doriensibus usurpatis, ut epica *Ἡρακλῆι* (I. V, 37) pro eo quod omnibus aliis locis legitur *Ἡρακλέϊ*, et *βασιλῆα* et *βασιλέα* (cf. *Ἀχιλέᾰ* O. II, 79), et *Κλεοῦς* (N. III, 83) et *Κλεός* fr. 29 al. Pindarus igitur non *εὐκλεᾶ*, quae forma apud Atticos demum in usu est, sed *εὐκλέα* videtur scripsisse epico more, ut in Hes. sc. 448 *Ἡρακλέα* legimus pro *-κλῆα* in *Ἰφικλῆα* sc. 54.

Ex dialecto *aeolica* non habeo, quod afferam, nisi arcadicum *Τιμοκλέος* (C. I. G. 1513; cf. Gelbke Stud. II, 37), in quo altera *ε* elisa est.

*Atticos* semper alteram ε cum terminationibus contraxisse non est quod exponam; sed tres tamen formae commemorandae sunt, in quibus hyphaeresis alterius ε facta est; hae sunt: vocativus casus Ἡρακλες, quo recentes Attici utuntur pro Ἡράκλεες (cf. Lob. ad Phryn. 640 sq.), nominativus pluralis numeri Ἡρακλέες pro Ἡρακλέεες (Plat. Theaet. 169 B.), accusativus sing. εὐκλέᾰ Soph. O. R. 161, quem ex dialecto epica Sophocles assumpsit (cf. Gerth. Stud. I, 2, 255).

Relicuum est, ut quaeramus, utra ε sit elisa. Sine dubio ea vocalis ejicitur, quae ante terminationem posita est, nam ut haec in dialecto attica cum terminationibus contrahitur in unam syllabam, sic eadem in ceteris dialectis synizesi conjungitur cum terminationibus.

4. νηλεής.

In νηλής pro νηλεής hyphaeresin vocalis ε factam esse, jam supra negavimus, sed ut θεοδέα ex θεοδεέα ortum esse intelleximus, sic etiam in casibus obliquis adjectivi νηλεής hyphaeresis statuenda est. Primum apud Homerum semper, id est quater et vicies, νηλέϊ pro νηλεέϊ legimus, accusativum νηλέα *T* 229, in h. in Merc. 385; tum eaedem formae reperiuntur et apud Hesiodum, e. g. νηλέϊ th. 316, et apud Pindarum νηλέα P. I, 95. Etiam in attica dialecto exstat forma νηλέα (Soph. O. R. 180), de qua idem censendum est quod de εὐκλέᾰ (cf. Gerth. l. l.).

5. ῥέος.

Imm. Bekker („Hom. Blätter" I, 223) eis verbis, quae ε in declinatione apud Homerum omiserint, annumerat ἐνρρεῖος vel ἐνρρῆος, cui assentiri non possum. Nam nomen ῥέος revocandum est ad stirpem ῥεϝ-ες (cf. „Grdz."[3] 328), a qua adjectivum ἐν-ρρεϝ-ες, ἐνρρεής derivatum est, ut εὐκλεής a κλεϝ-ες; genetivi igitur prisca forma est ἐν-ρρεϝ-εσ-ος, inde aut ἐν-ρρη-ε-ος ἐνρρῆος fieri potuit ϝ cum compensatione elisa, aut ἐνρρεῖος ϝ et σ ejectis et εε in ει contractis. Quae vocalis igitur in forma ἐνρρῆος vel ἐνρρεῖος ejecta sit, non intellego.

concurrentium elisa est. Itaque factum est ut ne certum quidem nomen exstaret, quo haec elisio significaretur. Nos igitur, cum totam rem denuo tractare nobis proposuerimus, primum inquiramus nomen, quo elisionem illam appellemus.

Elisionem internam veteres grammatici modo appellant syncopen, modo ellipsin, modo ecthlipsin vel thlipsin, modo exaeresin vel hyphaeresin. Et syncopen quidem ibi tantum factam esse statuunt, ubi syllabarum numerus, explosa ex media voce syllaba, imminuitur, ellipsis autem nomine aphaeresin, syncopen, apocopen comprehendunt (cf. Lob. Path. El. p. 3), ecthlipsi eandem affectionem significant, quam alibi apocopen appellant, cf. Lob. Path. El. p. 1 sqq. Relicuum est solum hyphaeresis vel exaeresis nomen, quo veteres grammatici elisionem alicujus litterae media in voce factam complectuntur. Ex his enim locis intellegi potest, quae sit hyphaeresis: in E. M. p. 680, 57 legimus: *Πόλυβος· συγκοπὴ καὶ οὐχ ὑφαίρεσις· εἰ γὰρ κατ᾽ ἔλλειψιν ἐγένετο τοῦ υ, ὤφειλεν εἶναι Πολύβος . . . ὡς ὠκύπους ὤκυπος;* E. M. 82, 18: *τὰ εἰς δος λήγοντα ὀνόματα . . . εὑρίσκομεν παρ᾽ Ἴωσι καθ᾽ ὑφαίρεσιν τοῦ δ λεγόμενα;* schol. Ar. Av. 149: *Λέπρειον καθ᾽ ὑφαίρεσιν τοῦ ι τὸ Λέπρεον εἶπεν.* Nobis igitur licere videtur elisionem vocalis, quae aut inter duas vocales aut ante aut post aliam vocalem facta est, appellare hyphaeresin.

In constituendis finibus hyphaeresis primum distinguendae sunt vocales molles, quo nomine *ι* et *υ* comprehendimus, et durae, quo nomine reliquas significamus. Molles enim vocales compluribus in linguis ante alias vocales in *j* et *v* commutantur, sicut in skt. *gâu-s* gen. *gav-ás*, neque aliter apud Graecos ea aetate, qua ei etiam *j* et *ϝ* pronuntiabant, ex **βου-ος* **βοϝ-ος*, ex *ἀκουή* **ἀκοϝη* ortum est; tum *j* et *ϝ* evanuerunt, ut in *βο-ός* pro **βοϝ-ος*, ut in verbis in *αω* pro *ajāmi* cet. Posteriore aetate cum Graeci *j* et *ϝ* non jam pronuntiare, itaque etiam *ι* et *υ* in semivocales *j* et *ϝ* commutare non possent, natura quasi mollis harum vocalium videtur eas extenuasse, ita ut modo *ποιέω* modo *ποέω*, et *ἐπή-*

ῥεια et ἐπηρεάζω, et καὶ ἐν et κἄν in usu esset. Non tam simplici ratione vocales durae α ε ο — η et ω nunquam elisionem patiuntur — elidi videntur, quoniam semivocales quae eis respondeant, ut *j* et ϝ vocalibus ι et υ, non exstant; itaque summo jure in explicanda hyphaeresis-ratione eas a vocalibus mollibus segregabimus. Ac nostra quidem disputatio eo potissimum spectabit, ut omnes — quas quidem poterimus — formas, in quibus vocales durae ejiciantur, congeramus et leges vel regulas quasdam investigare studeamus, quas lingua graeca in elidendis vocalibus secuta sit. Sed eas quoque formas afferemus suo quamque loco, quae vocalem amisisse adhuc existimatae sunt, verum injuria. Priusquam autem mediam in rem veniamus, etiam aliud quiddam paucis astringam.

Jam antea monui, hyphaeresi respondere vocalium elisionem, quae in fine verborum fiat; videamus igitur num quid ex comparatione cum illa elisione proficere possimus, quod ad nostram quaestionem illustrandam spectet.

Ahrens in disputationis „de crasi et aphaeresi“ p. 1 sq. sagacissime exposuit, elisione seu thlipsi vocalem finalem non prorsus deleri, sed deminui tantum, ita ut exigua quaedam ejus pars relinqueretur, quae neque accentum ferre valeret neque morae vices sustinere, ut in rhythmo pro nihilo habenda esset, prorsus autem evanescere vocalem, si quae voces, elisione facta, praeterea crasi conjungerentur. Neque aliter, ut in universum hyphaeresis naturam explicem, vocales media in voce ejici persuasum habeo; primum enim vocales deminuuntur, sic in ποιέεο, qua in voce deminutam vocalis potestatem minore litterae ε figura significo pro ποιέεο, ut in illo γαλήν' ὁρῶ, ut in francogall: *l'amie*, *j'avoue*, quae Ahrens (l. l.) affert. Extenuatae vocales tum paullatim prorsus evanescunt, ut e. g. ε in ποιέο pro ποιέεο. Sed accuratius de hac re in singulis tantum formis judicari potest.

Tum etiam aliud ex comparatione cum externa illa elisione concludere possumus, scilicet syllabas quamvis acutas

elidi posse. An alio modo explicare potes, si πολλά vel tale quid in πόλλ' ante sequentem vocalem mutatur, quam ita ut α acutam elisam esse statuas? Tamen Corssen („Ausspr."[2] II, 923) negavit, vocales acutas ejici posse, quod accuratius refellere non mihi opus est, cum jam Curtius ea explicatione, quam in „Stud." IV, 223 dedit, plane demonstrasse mihi videatur, Corsseni opinionem nullo modo ferri posse. In ipsa autem disputatione multa exempla afferam, in quibus sine ulla dubitatione vocales acutas elisas esse censendum est, ut in ἧμας pro ἡμέας, σφάς pro σφέας, κράνῐνος pro κρανέϊνος, τετράπνην pro τετραπνόην cet., quae omnia hoc loco enumerare supervacuum videtur.

Jam cum ad vocalium hyphaeresin ipsam tractandam aggrediamur, primum agemus de eis formis, in quibus vocalis *ante* vocalem ejiciatur, tum de vocalibus *post* alias vocales elisis. Et in priore quidem parte satis variae formae nobis explicandae sunt, ad alteram partem eas tantum spectare intellegemus, quae post ι vel υ vocalem explodant.

## Caput I.

### DE VOCALIBUS ANTE VOCALES EJECTIS.

### § 2. DE NOMINIBUS IN -ες.

In nominibus quorum stirpes in ϝ j ς exeunt complures vocales semper fere consonis elisis congrediuntur, quem concursum vocalium Graeci modo integrum retinent, modo in aliis nominibus alia ratione vitare student.

1. δεες sive δjεj-ες.

Substantivi δέος a δjεj-ος derivati (cf. Curt. „Grdz."[5] 607) correpta forma non invenitur, nisi in δέα pro δέεα a Lobeckio (Path. El. I, 260) ex Aeliano allato, quod idem significet quod δείματα; sed recte Lobeckius exponit hoc esse

quaesitae cujusdam elegantiae, quod ille atticum χρέα imitatus sibi finxerit. Adjectivorum autem cum -δεες compositorum in homericis carminibus legimus duo exempla, in quibus correptio fit. Constat primum de accusativo singularis ὑπερδέα, qui legitur *P* 330: ὑπερδέα δῆμον ἔχοντες. De θεουδής autem cum magna dissensio sit inter viros doctos, prius nobis demonstrandum est, illam vocem ad hunc locum recte referri. Ac primus quidem Buttmann in Lexilog. I, 169 exposuit, θεουδής non esse contractum e θεοειδής, sed compositum e θεός et δέος; hoc concludi posse ex omnibus locis, quibus Homerus θεουδής voce uteretur, hoc confirmari interpretatione veterum grammaticorum, qui verterent θεοσεβής, εὐσεβής, et usu posteriorum poetarum epicorum; θεουδής igitur, a θεοδεής derivatum, eam vim habere, quam nostrum „gottesfürchtig“. Existimat igitur ε vocalem esse elisam, ο autem non aliter productam quam α in voce ἀδεές propter ϝ consonam, quae in δέος post δ posita fuerit. Sed aliis viris offensioni fuit hyphaeresis ε vocalis ante ης; itaque Doederlein („Hom. Gloss.“ I, 117) censet, ε metathesi facta positam esse post θεο-, e θεοδεής factum esse θεοεδής, θεουδής, ut e πενία πεῖνα, e δόρυος δοῦρος. Verum ε ejusmodi metathesin pati, nec ullo exemplo confirmari potest, nec per se verisimile est. Eadem de causa Düntzer (K. Z. XIII, 16) Buttmanni etymologiam rejicit et Apollonium Dyscolum secutus θεουδής esse compositum cum ἀδεῖν existimat. Cui explicationi et significatio a Buttmanno sagacissime exposita et ipsae litterae repugnant, nam οα nunquam contrahitur in ου, id quod Düntzer fieri vult. Lobeckius autem ad Buttmanni „Ausf. Gramm.“ II, 450 (cf. Path. El. I, 242) concedit quidem, reperiri ὑπερδέα, ἀκλέα, δυςκλέα altera ε elisa, sed in eo offendit, quod nominativus θεουδής secundum hanc explicandi rationem prorsus singularis sit, in nullius enim antiquioris poetae scriptis inveniri nominativum, qualis est δυςκλής, quo Simmias demum (Anth. P. XV, n. 22. v. 10 (6)) utatur. At analogia, quam Lobeckius desiderat, reperitur; legimus

enim νηλής[1]) pro νηλεής *I* 632, Pind. P. XI, 22, Aesch. Prom. 42, Eur. Cycl. 370; itaque non video, cur poeta non scripserit θεουδής pro θεουδεής. Buttmanni igitur etymologia esse rectissima videtur; quamquam ei non assentior in eo, quod disputavit de *ο* vocali producta in *ου*. Nam *j* littera, quae olim in δέος pronuntiabatur (Fick[2] 97 revocat δέος non ad δjεj-ος (cf. „Grdz.“[3] 607), sed ad δϝεj-ος; nihil autem ad hanc quaestionem pertinet, utra consona post δ posita fuerit), vocalem syllabae ante positae neque in ου producere, neque omnino mutare potest; *ο* potius longa est ante δjεος ut in ὑποδείσαντες (*M* 413), ut *ε* in ἔδεισεν, ut *α* in ἀδεές, quibus in vocibus Aristarchus semper simplicem δ scripsit. Itaque mihi quidem verisimile est, *ου* diphthongum errori tantum librariorum et criticorum antiquorum deberi, rectam autem scribendi rationem esse θεοδής (cf. alia exempla id genus a Brugmano Stud. IV, 137 allata). Restat ut dijudicemus, utrum *ε* in vocibus νηλής, θεουδής elisa an contracta sit cum *ης* terminatione. Vocalis elisio ut consonae non fit repente, sed pedetentim paullatimque; sic in ὑπερδέα, θεουδέα altera *ε* non metri causa subito ejecta est, sed propter multitudinem vocalium quamvis acuta cum *α* primum synizesi conjuncta, tum demum prorsus explosa est. In θεουδής, νηλής autem cum multitudo vocalium causa mutationis esse non possit, putaverim non hyphaeresin, sed contractionem factam esse. An exponere mihi potes, qua ex ratione nomina in -κλέης semper contracta sint in -κλῆς, νηλής, θεοδής autem *ε* vocalem hyphaeresi amiserint? At accentus demonstrat *ε* esse elisam! Accentus a grammaticis additus est, qui intellexerunt in θεοδέα, νηλέα *ε* esse ejectam et inde conclusisse videntur, idem esse factum in θεοδής, νηλής, quae epicae voces ea aetate in usu non erant. Itaque accentus illam sententiam minime

[1]) Pro Τερψικλής, Πασικλής, in quibus *ε* elisam esse Renner („Stud.“ I, 1, 229) contra Kirchhoffi („Stud.“ p. 24) auctoritatem censuit, rectissime substituit Τερψικλῆς, Πασικλῆς Erman (Stud. V, 290).

comprobare potest. Etiam aliis in formis ε ante η elisa esse non recte existimatur, quas infra afferam.

2. δεϝ-ες.

Adjectivorum in -δεϝ-ες nullam formam repperi, quae ε vocalem amiserit; nam poetae epici nullo adjectivo in -δεϝ-ες utuntur nisi ἐπιδευής, apud Herodotum εε servatae esse videntur, sic in ἐνδεέα (II 108), καταδεέα (II 121, 2) ex sententia *Bredovi* (D. D. Herodot. 257). Cum autem Stein in ed. crit. optimos codices secutus ἐνδεᾶ, καταδεᾶ scribat, quae attica complexio nulla in alia voce legitur, praestat fortasse ἐνδέα, καταδέα scribere, altera ε elisa ut in φοβέαι cet. cf. § 11.

3. κλεϝ-ες.

Nomina in -κλεϝ-ες aliis in dialectis alio modo tractantur, itaque necessarium videtur, accuratius explorare, quae in quaque dialecto correptae formae exstent.

In *epica* autem dialecto ipsius substantivi κλέος has formas legimus: κλέος nom. et accus. sing. et κλέα, quod semper in formula reperitur κλέα ἀνδρῶν (*I* 189, 524, *ϑ* 73); quam formulam imitatus Apollon. Rhod. (I, 1) scripsit κλέα φωτῶν. α igitur in κλέα natura longa est, sed corripitur ante proximam vocalem. Et duplici quidem modo haec α longa explicari potest. Primum, ut Brugman (Stud. IV, 164) vult, fieri potuit ut prisca forma κλεϝ-εσ-α in κλη-ε-α, κλη-α, κλέᾱ commutaretur. Sed jam ipse Brugman (l. l. 175) exposuit, apud Homerum non semper ϝ cum compensatione elidi, ut in ἀγακλέες cet., tum nunquam pro ipso κλέος κληος in usu erat, deinde legimus in Hes. Theog. v. 100 κλεῖα προτέρων ἀνθρώπων, quod, dummodo ne commutes in -κλῆα contra traditam lectionem, contractum esse videtur ex κλεεα pro κλεϝ-εσ-α. Itaque licet suspicari, etiam κλέα ex κλεεᾱ ortum esse altera ε elisa, terminationis autem vetustissima quantitate servata, ut *Λ* 678 (*ξ* 100) πώεα οἰῶν, *N* 22 ἄφθιτα αἰεί (cf. Hartel „Hom. Stud.“ I, 42). Adjectiva quoque ἀκλέα, δυςκλέα, quae initio versus leguntur (*δ* 728 Ἀκλέα ἐκ μεγάρων, *B* 115, *I* 22 Δυςκλέα Ἄργος ἱκέσθαι), ab ἀκληα, δυςκληα quantitatis transpositione orta esse negaverim. Nam

post primum pedem versus heroici hiatus permissus est, sic in *E* 666 *Μηροῦ ἐξερύσαι*, *Λ* 532 *Εἰς ἅλα ἆλτο;* tum etiam alia adjectiva exstant, in quibus ϝ sine compensatione elisa est, sic: *ἀγακλεές* voc. *P* 716, *Φ* 379, *ἀκλεές* accus. sing. n. *H* 100, *εὐκλεές* *P* 415, *εὐκλεῖας* *K* 281, *φ* 331 pro *εὐκλεέας*. In quibusdam tantum formis ϝ productionem suppletoriam efficit; hae sunt: *ἀγακλῆος* *Π* 738, *Ψ* 529, *ἀκληεῖς* *M* 318, quod Apoll. Arg. I, 864 imitatus scribit *εὐκλεεῖς* pro *εὐκληεῖς*; ad quas accedunt *ἀκληῶς* *α* 241, *ξ* 371, *εὐκληῶς* *X* 110 nisi servatis litteris accentuque mutato *ἀκλείως*, *εὐκλείως* scribimus. In illis autem locis quamquam concedo contra codicum memoriam scribi *posse* cum Brugmano (Stud. IV, 137) *εὐκλῆας* pro *εὐκλεῖας*, tamen non video quid nos cogat, ut sic scribamus. Nam cum ϝ modo cum compensatione modo sine compensatione elidatur, formae traditae summo jure defendi possunt; in eis enim *εε* in *ει* contractae sunt. Elisa esse *ε* videtur in *ἀκλέες* vel *ἐϋκλέες*, ut Reiskius conjecit pro *ἀκλεεῖς*, quam vocem legimus in versu Callim. Del. 295: *εὔμοιροι δ' ἐγένοντο καὶ ἀκλέες οὔ ποτ' ἐκεῖνοι.* Sed nescio utrum hac forma Callimachus vocem *ἀκλεές* *H* 100 non recte imitatus sit, quam non nominativum pluralis numeri, sed accusativum neutri esse Buttmann (Lexil. I, 44) demonstravit, an doricas formas *ἱαρές* al., ut idem scripsit *βιοπλανές*.

In nominibus propriis in *κλεϝ-ες* apud Homerum ϝ semper productionem suppletoriam efficit, tum *η* cum proxima *ε* contrahitur, e. g. *Ἡρακλεϝ-εσ-ος* *Ἡρακλη-ε-ος* *Ἡρακλῆος* (cf. Brugm. Stud. IV, 164). Sed exstat etiam brevior forma, quam habes in nominibus: *Ἄμφικλος*, *Δόρυκλος*, *Ἔχεκλος*, *Ἴφικλος*, *Πάτροκλος*, *Φέρεκλος*. Haec non composita esse cum *-κλεος* suspicabantur veteres quidam grammatici, nam (cf. E. M. et Suid.) *Ἴφικλος* ex *Ἰφίκολος* deducunt, et scholiasta B. ad *E* 59 hoc adnotat: *Φέρεκλος ὁ κλόνον φέρων διὰ τῶν νέων.* Rectius autem Lobeckius (Path. El. I, 318) perspexit, ea eandem cum nominibus in *-κλῆς* originem habere. Hoc comprobatur eo, quod ejusdem nominis et brevior et longior forma usurpatur in homericis carminibus, sic et

*Πάτροκλος* et *Πατροκλῆς*, tum apud scriptores, qui post Homerum erant, e. g. ap. Soph. O. C. 1295 *Ἐτεοκλῆς*, 1316 *Ἐτέοκλος*. Quaeritur igitur, quanam ratione haec nomina in *-κλος* ex eadem stirpe derivata sint ac nomina in *-κλῆς*.

G. Meyer (Stud. V, 67) haud parvum numerum nominum affert, quorum stirpes et in *-o* et in *-ες* exeant; suntne eis etiam *κλεϝ-ες* et *κλεϝ-o* addenda? Minime quidem. Nam ex radice *κλυ*, ut G. Curtius, praeceptor dilectissimus, me docuit, fieri debebat *κλοϝο-ς*, non *κλεϝο-ς*, ut ex *ῥυ ῥοϝο-ς*, ex *πλυ πλοϝο-ς*. Itaque censendum est nomina in *-κλο-ς* ex nominibus in *-κλης* correpta esse, ut saepissime fit, ut nomina propria majorem correptionem patiantur quam alia nomina. Sic etiam in compositis *Κλεόβουλος*, *Κλεοπάτρη* cet. *κλε-ες* stirps in declinationem in *o* videtur transiisse.

In dialecto *neo-ionica* nomina propria in *-κλε-ες* semper sic flectuntur: Nom. *κλεης* vel *κλῆς*, Gen. *κλέος* vel *κλεῦς*, Dat. *κλέϊ*, Acc. *κλέα*, N. Pl. *κλέες* (cf. Bred. D. D. Herod. 258, Renner. Stud. I, 1. 229, Erman. Stud. V, 306); in casibus obliquis igitur altera *ε* elisa esse videtur. Sed considerantibus in nominibus propriis in *-κλε-ες* et apud Homerum et apud Hesiodum (cf. Förstemann. D. D. Hesiod. 17) *ϝ* semper productionem suppletoriam efficere concedendum est, *-κλεος*, *-κλεϊ*, *-κλεᾶ* terminationes correptas esse posse ex *-κληος*, *-κληι*, *-κληα*. — Adjectivorum in *-κλεες* Bredow (l. l. 257) nullam formam nisi *ἀκλεᾶ* ex Herod. I, 1 affert, quam Stein in ed. crit. retinet, Bredow autem in *ἀκλεέα* mutari vult. Sed neque *ἀκλεᾶ* neque *ἀκλεέα* ferri potest, nam eo, quod in dialecto epica, in qua cum antiquae cum novis formis tum variae dialecti ionicae et inter se et cum aeolica mixtae sunt, unde fit, ut nomina in *-κλεες* in casibus obliquis in *-κληος* vel *-κλεεος* cet. exeant, minime demonstratur, eandem varietatem formarum etiam in ceteris dialectis exstitisse. Cum autem intellexerimus nomina propria in dialecto neo-ionica semper formas correptas habere, idem censendum est de adjectivis. Itaque utut de origine hujus

formae judicamus, vix dubito quin apud Herodotum ἀκλέα scribendum sit.

In dialecto *dorica* nomina propria cum -κλεες composita ε ex casibus obliquis semper ejiciunt (cf. Ahr. D. D. II, 235); eas enim formas non correptas esse ex -κληος cet., concludi licet jam ex ea causa, quod longa forma in -ηος cet. nusquam exstat. Vocativi exemplum in purioribus fontibus non reperitur, suspicatur autem Ahrens Ἥρακλες doricum esse; quamquam apud Pindarum hos legimus vocativos: P. VII, 15 Μεγάκλεες, N. VII, 86 Ἡράκλεες. Adjectiva in -κλεες, quae non reperiuntur in titulis doricis, apud Pindarum elidunt semper nominativo excepto alteram ε ut nomina propria; hae enim formae exstant: ἀκλεής O. XII, 15, fr. 82, 5, Genet. vacat, Dat. εὐκλέϊ O. X, 85, N. II, 26, N. III, 68. Acc. ἀγακλέα P. IX, 106, I. I, 34, εὐκλέα O. VI, 76, P. VIII, 62, IX, 56, .N V, 15, VI, 46, εὐκλέ' fr. 53, 5, ὁμοκλέα fr. 79. εὐκλέων I. III, 7, IV, 23; praeterea G. A. Peter (D. D. Pindari 38) affert εὐκλέας ex O. II, 90, quod me fugerat. His decem et septem exemplis non respondent duae formae: εὐκλεᾶ P. XII, 24 et N. VI, 29, ubi ε littera cum α esse contracta videtur. Ahrens εὐκλεᾶ· οἰχομένων (N. VI, 29) commutari vult in εὐκλέ' ἀποιχομένων, Boeckh, cui Peter (l. l.) assentitur, in εὐκλεῖα· παρ . ., sed restat etiam alter locus, quem dubito num commutare possimus. Potius cum Bergkio et Mommsenio servandum est εὐκλέα; nam Pindarus non semper sibi constat, sed utitur formis vel ex aliis dialectis assumptis, vel non ab eisdem Doriensibus usurpatis, ut epica Ἡρακλῆι (I. V, 37) pro eo quod omnibus aliis locis legitur Ἡρακλέϊ, et βασιλῆα et βασιλέα (cf. Ἀχιλέᾰ O. II, 79), et Κλεοῦς (N. III, 83) et Κλεός fr. 29 al. Pindarus igitur non εὐκλεᾶ, quae forma apud Atticos demum in usu est, sed εὐκλέα videtur scripsisse epico more, ut in Hes. sc. 448 Ἡρακλέα legimus pro -κλῆα in Ἰφικλῆα sc. 54.

Ex dialecto *aeolica* non habeo, quod afferam, nisi arcadicum Τιμοκλέος (C. I. G. 1513; cf. Gelbke Stud. II, 37), in quo altera ε elisa est.

*Atticos* semper alteram ε cum terminationibus contraxisse non est quod exponam; sed tres tamen formae commemorandae sunt, in quibus hyphaeresis alterius ε facta est; hae sunt: vocativus casus Ἡρακλες, quo recentes Attici utuntur pro Ἡράκλεες (cf. Lob. ad Phryn. 640 sq.), nominativus pluralis numeri Ἡρακλέες pro Ἡρακλέεες (Plat. Theaet. 169 B.), accusativus sing. εὐκλέᾰ Soph. O. R. 161, quem ex dialecto epica Sophocles assumpsit (cf. Gerth. Stud. I, 2, 255).

Relicuum est, ut quaeramus, utra ε sit elisa. Sine dubio ea vocalis ejicitur, quae ante terminationem posita est, nam ut haec in dialecto attica cum terminationibus contrahitur in unam syllabam, sic eadem in ceteris dialectis synizesi conjungitur cum terminationibus.

4. νηλεής.

In νηλής pro νηλεής hyphaeresin vocalis ε factam esse, jam supra negavimus, sed ut θεοδέα ex θεοδεέα ortum esse intelleximus, sic etiam in casibus obliquis adjectivi νηλεής hyphaeresis statuenda est. Primum apud Homerum semper, id est quater et vicies, νηλέϊ pro νηλεέϊ legimus, accusativum νηλέα *T* 229, in h. in Merc. 385; tum eaedem formae reperiuntur et apud Hesiodum, e. g. νηλέϊ th. 316, et apud Pindarum νηλέα P. I, 95. Etiam in attica dialecto exstat forma νηλέα (Soph. O. R. 180), de qua idem censendum est quod de εὐκλέᾰ (cf. Gerth. l. l.).

5. ῥέος.

Imm. Bekker („Hom. Blätter“ I, 223) eis verbis, quae ε in declinatione apud Homerum omiserint, annumerat ἐυρρεῖος vel ἐυρρῆος, cui assentiri non possum. Nam nomen ῥέος revocandum est ad stirpem ῥεϝ-ες (cf. „Grdz.“[3] 328), a qua adjectivum ἐυ-ρρεϝ-ες, ἐυρρεής derivatum est, ut εὐκλεής a κλεϝ-ες; genetivi igitur prisca forma est ἐυ-ρρεϝ-εσ-ος, inde aut ἐυ-ρρη-ε-ος ἐυρρῆος fieri potuit ϝ cum compensatione elisa, aut ἐυρρεῖος ϝ et σ ejectis et εε in ει contractis. Quae vocalis igitur in forma ἐυρρῆος vel ἐυρρεῖος ejecta sit, non intellego.

6. σπέος.

Vocis σπέος unam formam reperimus, in qua alteram ε esse elisam omnes consentiunt, haec est σπέσσι ex σπέεσσι pro σπεϝ-εσ-σι deducta; ε igitur elisa est ut in καλέσκετο pro καλεέσκετο cet. cf. § 12. Huic dativo σπέσσι Oppianum Cyn. IV, 246 adaequasse singularem σπέϊ Lobeck Path. El. I, 261 recte perspexisse videtur.

Liceat mihi huic dativo σπέσσι alios dativos addere, in quibus ε ejecta esse existimatur. Lobeck P. El. I, 259 haec profert: „δρομέσι, τοκέσι, Σιφάεσι declinata sunt a nominativo plur.: δρομέες, τοκέες, Σιφαέες omisso altero ε.“ Sed erravit vir doctissimus, nam dativum ex nominativo ortum esse nullo modo concedi potest. Ego quidem persuasum habeo τοκέσι cet. formas extremae graecitatis ex falsa analogia adjectivorum in -υ (ἡδύς cet.) formatas esse. Neque aliter censendum est de dativo βοσί (Anth. VII, 622), qui non ex βόεσι deductus, sed ex analogia genetivi βο-ός formatus est. Tum Krüger („Gr. Gr.“ § 17, 4, 2) perperam judicavit, in dativis ἔπεσσι, ἀεικέσσι, πελέκεσσι, δέπασσι, νέκυσσι alteram ε esse ejectam, cum legitima ratione terminatio dativi -σι cum stirpibus ἐπεσ, ἀεικεσ, πελεκεϝ cet. conjuncta sit.

7. χρέος.

Vocem χρέος ex χρηος pro χραϝ-ος correptam esse Brugman (Stud. IV, 158) persuasum habet; tamen in hoc quoque verbo ut in κλέος et σπέος concedendum est, ϝ non semper productionem suppletoriam efficere; nam in Hesiodi opp. 647 χρέᾰ reperitur, quod ex χρέεα ortum esse jam veteres grammatici recte explicarunt (cf. Her. ed. Lentz II, 245, 11). Neque enim χρέᾰ ex χρηα transpositione quantitatis facta et α vocali correpta deduci potest, cum etiam in dialecto attica χρέᾱ (Arist. Nub. 39, 443) cum α longa servatum sit; tum χρειῶν (Hes. opp. 404), quod in χρείων mutetur necesse est, ex χρεέων esse contractum videtur, quamquam Brugman χρηῶν scribi vult.

8. *χρο-ες.*

In E. M. 182, 47 ex ignoto poeta affertur *ἀχρὴς δ' ἀνέπαλτο* et pergit grammaticus *ἀπὸ τοῦ ἄχρους τροπῇ αἰολικῇ ὡς φοβήμενος· ἢ ὡς παρὰ τὴν χρόαν μελαγχροίης, οὕτως ἀχροίης καὶ κατὰ συγκοπὴν ἀχρής.* Qua ab explicatione non prorsus alienum est id quod Lobeck (Path. El. I, 315) judicavit his verbis: „quicunque hoc usus est adjectivo, certe syncopen fecit vocalis simplicis, quae in primitivo *χρόα* apparet, non diphthongi *οι*, quod scholiasta vult;" praeterea Lobeck affert *τὸν μελαγχρῆ, τὸ μελαγχρές,* in quibus *ο* ejecta sit.

## § 3. DE NOMINIBUS IN *ας.*

Nominum in *ας* nominativus et accusativus pluralis numeri in dialecto epica interdum correptus reperitur; formae enim sunt hae:

*γέρᾰ πεσσέμεν* (*B* 237). — *γέρᾰ καὶ βασιλεῦσιν* (*I* 334). — *γέρᾰ πάρθεσαν αὐτῷ* (*δ* 66).

*κρέᾰ* ante consonas legitur his locis: *Θ* 231, *I* 217, *Λ* 76, *Ω* 626, *α* 112 [*ι* 162, 557, *κ* 184, 468, 477, *μ* 30][2]), *ξ* 109, *ο* 140, *ρ* 331, *χ* 21, *ω* 364, h. in Merc. 120, 135; *κρέ' ὑπέρτερα*: *γ* 65, 470, *υ* 279; *κρέ' ἔδων* *ι* 297.

*οἳ σκέπᾰ μαιόμενοι πυκινοὺς κευθμῶνας ἔχουσι* Hes. opp. 532.

*τέρᾰ κεῖνα* in Nicand. th. 186.

Magna dissensio est inter viros doctos, quanam ratione hae formae explicandae sint. Veteres enim grammatici eas aut syncope exortas esse docent, velut E. M. 227, 17 *γέρας· τὰ γέραα ἰωνικῶς καὶ κατὰ συγκοπὴν „γέρα πεσσέμεν" παρ' Ὁμήρῳ,* aut apocope, ut Herodianus ed. L. II, 314, 9 *κρέα ἀπὸ τοῦ κρέατα γέγονε καὶ κατὰ ἀποκοπὴν τῆς τα συλλαβῆς, συνεσταλμένον γὰρ ἔχει τὸ α.* Herodiani sententiam

---

[2]) Hi parenthesis signo inclusi loci praebent formulam: *κρέᾰ τ' ἄπιστα*

praeferunt etiam Buttmann et Lobeck (P. El. I, 232), quam refellere non meum esse puto. Aliam viam ingressus est Hoffmann, qui (Quaest. hom. I, 86) statuit, ubique harum formarum vocalem finalem esse ancipitem; sed quis est qui analogia demonstret, fieri posse, ut in dialecto epica *α* jam sit correpta ut in *γέρᾰ*, in dialecto attica autem denuo producta (cf. *γέρᾱ* Soph. El. 443, Eur. Phoen. 874)? Quid? Num credi potest, eosdem poetas usos esse his formis: **κρέαα* (cf. *τέρραα μ* 394), *κρέᾱ* e. g. *Δ* 345, *κρέᾰ*, *κρέ'*, quae omnes ex eodem *κρέαα* ortae sint? Ceterum ipse Hoffmann suspicatur, has formas alio modo explicandas esse, putat enim *κρέα* fortasse ortum esse non ex **κρέαα*, sed ex **κρέεα*, debilitata littera *α* priore; hoc concludi posse ex *κρειῶν*, quamquam hic genetivus et ipse possit oriri ex producta, post ejectam litteram *α*, vocali *ε* syllabae prioris. Vides in qua dubitatione ipse Hoffmann versetur, itaque vix mihi opus est, ejus opinionem accuratius refellere. Sed haec tamen opponere mihi liceat: genetivum *κρειῶν* non ex **κρεεων*, sed ex **κρε-ι-ων* pro *κρεϝ-ϳασ-ων* deductum esse jam sagacissime demonstratum est (cf. „Grdz.“[3] 147, Brugm. Stud. IV, 153); tum nunquam in homericis carminibus *α* littera vocis *κρέας* in *ε* mutatur, sed semper *α* in omnibus nominibus in *ας* servatur, habes enim has terminationes: *αος*, *αϊ* vel *αι*, *αων*, *ασσι* vel *αεσσι*. In dialecto neo-ionica demum *α* nominum *κέρας*, *τέρας*, *γέρας* in *ε* extenuatam esse Bredow (de dial. herodot. 259) docet, in *γήραος*, *γήραι* autem et in *κρέως*, *κρεῶν* ex *κρέαος*, *κρεάων* contractis *α* in hac quoque dialecto servatam. Defendi igitur nullo modo potest, quod Hoffmann ad has formas explicandas protulit. Non magis placet Kuehneri sententia (Gr. Gr.[2] p. 336, 3), *δέπᾰ*, *κρέᾰ* elisione vocalis *α* esse orta ex *δέπαα*, *κρέαα*; qua ex opinione in *κρέ' αα* decussae esse debent. Itaque inquirendum est, num formae *γέρᾰ*, *κρέᾰ*, *σκέπᾰ* alio modo explicari possint. Incipiamus a *κρέᾰ*. Jam supra vidimus, stirpes in *ος* exeuntes saepe alternare cum stirpibus in *ο*; idem fit in nominibus in *ας*. Nam composita *κρεο-κοπεῖν* (Aesch. Prom. 463),

κρεο-φάγος (Herodot. IV, 186) al. non a stirpe κρε-ας derivata sunt, sed a κρεο, idem suadet G. Meyer in „Stud.“ V, 96. Etiam κρέᾰ ab eodem κρεο ductum esse persuasum habeo, ita ut κρέα non tam ad singularem qui est κρέας, sed ad formam quae est *κρέον pertineat. Qua re satis explicatur, cur tot locis κρέα litteram α brevem habeat eamque vel prorsus abjicere possit. Κρέᾱ autem, quod reperitur Δ 345, Χ 347, υ 348, contractum est ex *κρέαα pro *κρε-ασ-α. Eodem κρέᾱ utitur Antiphanes apud Athen. 9 p. 402 D.: κρέᾱ δὲ τίνος ἥδιστ' ἂν ἐσθίοις, nisi cum Meinekio scribere mavis κρέας. Tertiam stirpem vocis κρέας legimus γ 33, ubi longe plurimi et optimi codices habent: δαῖτ' ἐντυνόμενοι κρέατ' ὤπτων ἄλλα τ' ἔπειρον. Num κρέᾰ apud Atticos in usu fuerit, Buttmann (Gr. Gr. § 54 Adn. 3) in dubium vocat, quod omnibus locis κρέᾰ synizesi unam syllabam efficiat; sed legimus in Ar. Thesm. v. 558 κρέ', quo demonstratur α esse brevem etiam aliis in locis. Cum autem in ceteris vocibus in ας α vocalis pluralis numeri longa servata sit, ut in γέρᾱ Soph. El. 443, Eur. Phoen. 874, κέρᾱ Mosch. II, 87, σέλᾱ Anth. IX, 289, τέρᾱ Ar. Ran. 1343, in κρέᾰ α non potest esse correpta, quod Buttmann suadet, potius etiam atticum κρέᾰ ad stirpem κρεο revocandum est.

In voce γέρα apud Atticos, ut jam exposui, α semper producta est, in homericis carminibus autem brevis, itaque γέρᾰ non ex γέρᾱ pro *γέραα correptum esse potest, sed ab altera stirpe γερο debet esse derivatum, quae brevior stirps etiam in γερη-φορία exstat, quod G. Meyer l. c. p. 96 affert. Neque enim offensioni est, in hoc composito γερη-φορία stirpem in α reperiri, cum saepissime voces in α exeuntes cum vocibus in ο, quae ad eandem originem revocentur, alternare jam nemo esse possit, qui neget; tum exempla hujusmodi in una quaque fere pagina dissertationis G. Meyeri collecta reperies. γερο stirpem etiam in voce laconica γερωχία (cf. Ahr. D. D. II, 62) inesse Curtius me monuit; γερωχία enim contractum est ex *γερο-οχια, quod compositum a *γερο-οχο-ς derivatum est. — σκέπᾰ esse

accusativum numeri singularis, ut λίπα et alia sigma finali destituta, Lobeck (P. El. I, 232) suspicatur; sed etymologiam ceterorum verborum, quae Lobeck (Parall. 132) affert, ut quisquam comprobet vereor, cum e. g. ὕφα non ab ὕψ, sed a stirpe quae est in ὑφή derivatum (cf. „Grdz."[3] 278), λίπα autem non accusativus sing. numeri sed pluralis sit (cf. ib. p. 250). Etiam σκέπᾰ, quae forma uno illo Hesiodi loco tradita est, quem supra attulimus, accusativus sing. esse nullo modo existimari potest, itaque non ad nominativum σκέψ, sed ad stirpem σκέπο revocari debet, a qua stirpe prope abest σκέπη, quod idem significat ac σκέπας. — τέρᾰ, quod in Nicandri th. 186 legimus, ex analogia verborum γέρᾰ, κρέᾰ, σκέπᾰ formatum esse videtur. Qua causa commotus Imm. Bekker („Hom. Bl." I, 223) his vocibus δέπα, κέρα, σφέλα adjecerit, non intellego; nam semper in homericis carminibus earum ᾰ ante sequentem vocalem jure corripitur; conferas enim δέπα ἔνθεν τ 62, δέπα ἀμφικύπελλα υ 153, κέρα ἐκ Δ 109, κ. ἕστασαν τ 211, κ. ἶπες φ 395, σφέλα ἀνδρῶν ρ 231.

## § 4. DE NOMINIBUS IN οος.

A. De compositis in -θοος.

Adjectivi βοηθόος, cujus pleniores formas legimus in poetarum carminibus, in oratione pedestri jam ab Herodoto semper altera ο ejecta est, ita ut in nulla forma servaretur. Neque enim contendi potest, ο in casibus obliquis non esse elisam sed contractam cum terminationibus, cum, ratione traditi accentus non habita (βοηθοί enim, βοηθούς, non βοηθοῖ, βοηθοῦς scripserunt Graeci), in nominativo et accusativo singularis ο sine dubio elisa sit. Nominativum autem et accusativum alia ratione atque reliquos casus formatos esse, quis est qui credat? In ipso autem nominativo hyphaeresis ο vocalis ita effecta esse videtur, ut ο prior, non posterior (cf. Curt. Stud. IV, 226), fieret vocalis, ut ita dicam, irrationalis, denique paullatim evanesceret. Eandem

ʼphaeresin reperimus in nomine proprio *Βόηθος*, qui legi-
r apud Andocidem. Etiam verbum *βοηθεῖν* a *βοηθός*
ɔrivatum, quo Herodotus et attici scriptores utuntur, satis
ɔmonstrat, quam mature *ο* littera primitivi illius *βοηθόος*
. oblivionem venerit.

Nomina propria in -*θοος* in homericis carminibus prae-
ent semper formas non contractas, ut *Ἀλκάθοος*, *Ἀρηΐθοος*
st. excepto uno *Πάνθοος*, cujus genetivus est *Πάνθου*
*Ͻ* 522, *P* 9, 23, 59), dativus *Πάνθῳ* *P* 40, sed *Πάνθοον*
146. Contra codicum auctoritatem Imm. Bekker scribit
*ανθόου*, *Πανθόῳ*, sed dubito, num jure id fecerit. Nam
ım permultis formis poetae epici et contractis et non con-
ıctis usi sint, idem factum esse in hoc quoque nomine *Πάν-*
*ɔος* censendum est; minime autem de hyphaeresi *ο* vocalis
gitari potest. In attica dialecto modo non contractas, modo
ntractas formas reperis, interdum etiam nominativum et ac-
ısativum in -*θος* et -*θον* exeuntem, ut *Ἄλκιθος*, *Πείριθος*,
ıorum *ο* eodem modo evanuit, quo in *βοηθός*, *Βόηθος*.

B. De compositis in -*νοος* et -*νος*.

Adjectiva et cum *νοῦς* et cum *πλοῦς*, *πνοῦς* composita
:onuntiata esse, quasi *ο* ante *ου*, *ῳ*, *ων*, *οις* cet. ejecta
ıset, Kühner (Gr. Gr. p. 317) contendit, verum injuria. Ex
ɔnerali enim accentus lege, quae valet in compositis, ex
*ἵνοος*, *περίπλοος*, *ἐπίπνοος* *εὔνους*, *περίπλους*, *ἐπίπνους*
cta sunt. Idem accentus est accusativorum. Mansit autem
iam in reliquis casibus ex illorum analogia accentus in
ıdem syllaba. Itaque pronuntiantur *εὔνου*, *εὔνῳ* cet., quam-
ıam *ο* acuta cum *ου* et *ῳ* contracta est. Ne accentu qui-
ɔm in *εὖνοι*, *ἔπιπλοι* posito demonstratur vocalis elisio,
ım *οι* diphthongus est semper producta, sive contracta ex
*ɔι* ut in *εὖνοι*, sive non contracta ut in *ἄνθρωποι*.

Addere vix opus est ex eadem lege etiam nominum
:opriorum cum *νοῦς* compositorum priores partes semper
:centu erigi; qua ex re sequitur, ne ab his quidem nomini-
ıs contractionem esse alienam. Solis in nominativis et in

accusativis in -*νος* et -*νον* altera *ο* elisa est, qua de hyphaeresi idem censendum est quod de nominibus in -*θος* pro -*θοος*. Sed cave permisceas nomina simplicia in *νος* cum compositis in *νοος*, cujus erroris auctor est Ruhnken in hist. oratt. p. 127. Eum secutus Buttmann („Ausf. gr. Sprachlehre" I, 156) haec docuit: „Die Eigennamen auf *νοος* kommen theils in ihrer regelmässigen Gestalt vor, z. B. *Ἀλκίνοος* . . ., theils aber auch auf *ος*, woher die Eigenthümlichkeit eintrat, dass diese Verkürzung durch Verlängerung des kurzen *ι* oder *υ* in der vorhergehenden Silbe ersetzt ward, z. B. *Πασῖνος*, *Κρατῖνος*, *Εὐθῦνος*." Assentiuntur Pott in „K. Z." VI, 241, Kühner in gr. gr. p. 314, 5, Meister in Stud. IV, 388. Quae sententia, quamquam jam a Lobeckio accuratissime refutata est, miror quod semper denuo proferatur. Lobeck enim (proll. 203) demonstravit, nomina in -*ῖνος* esse simplicia, non composita cum *νοῦς*; nam crebra esse attenuatae ultimae syllabae exempla, in nullo autem vocalem antecedentem productam apparere. Equidem cum denuo quaererem, quaenam nomina et in *ινοος*, *υνοος* et in *ινος*, *υνος* exstarent, exempla a Benselero („Wörterb. d. gr. Eigenn." p. XXI) collecta haec quattuor inveni: *Εὐθύνους* et *Εὔθυνος*, *Ἡγησίνους* et *Ἡγησῖνος*, *Καλλίνους* et *Καλλῖνος*, *Πασίνους* et *Πασῖνος*. Quaeramus igitur, num in his nominibus deminutio terminationis antecedentem vocalem produxerit. Primum *Εὐθῦνος* num revera exstiterit dubium est, cum de quantitate *υ* vocalis nihil constet; non enim legitur apud poetas nisi in versibus comicorum ab Athen. 8, 342 e et 9, 379 e allatis, ubi *υ* vocalis, cum utroque loco initio tertiae trimetri iambici dipodiae legatur (*Εὔθυνος δ' ἔχων*, *Εὔθυνος φακῆν*), utrum brevis an longa fuerit, incertum est. Ceterum *Εὔθυνος* revera correptum esse videtur ex *Εὐθύνοος*. *Ἡγησῖνος* autem et *Ἡγησίνους* non eundem virum significant, nihil igitur nos impedit, quominus diversam utriusque nominis originem fuisse censeamus. Aliter res se habet in tertio nomine: Terentianus enim elegiaci carminis auctorem, qui ab aliis semper *Καλλῖνος* appellatur, *Callinoum* vocat

(cf. Lob. l. c.), sed jam Lobeck recte exposuit, id non esse argumentum idem nomen fuisse; nam Graecis hanc licentiam consuetudinem dedisse, ut nominum propriorum terminationes susque deque haberent, idemque attulit multa exempla, quibus demonstratur idem nomen saepe diversas terminationes habuisse. Huc accedit, quod si *Καλλίνοος* idem nomen esset quod *Καλλῖνος*, *ι* longa esse debet, quod nullo modo fieri potest. Nam *Καλλί-νοος* nomen eodem modo formatum est ac *Καλλί-μαχος*, *Καλλι-κράτης* cet., in his *ι* vocalis cum brevis sit, ne in illo quidem producta esse potest. Quibus omnibus de causis prorsus negandum est, *Καλλῖνος* ex *Καλλίνοος* deductum esse; potius *Καλλῖνος* est simplex nomen, *Καλλί-νοος* compositum. Idem statuendum est de *Πασῖνος* et *Πασίνους*: *Πασῖνος* enim legimus apud Isocr. 19, 18; ejusdem loci meminit Harpocration: *Πασίνους· Ἰσοκράτης Αἰγινητικῷ ὄνομα κύριον*, et Suidas: *Πασῖνος ὄνομα κύριον*. *Πασίνους* igitur aut non recte traditum est, aut eis defenditur quae Lobeck de *Καλλίνους* nomine disputavit. Nullo modo autem *Πασῖνος* ex *Πασίνοος* derivatum esse potest.

C. De aliis adjectivis in *-οος*.

1. *δίκροος*.

Breviores formas adjectivi *δίκρους* habes in versu Callimachi (cf. E. M. 276, 21; Her. ed. L. II, 385, 17) *δίκρον φίλτρον ἀειραμένῃ* et in Hesychi glossa *δίκρα ὀσφῦς* (*ὄψις*) ex Aeschylo allata. Priusquam autem dijudicare possumus, num in his formis hyphaeresis vocalis *ο* facta sit, de origine hujus vocis agendum est: *δίκρους* est *biceps*, *bifidus*, itaque ad rad. *καρ* revocandum esse videtur (cf. Herod. l. c.). Ut enim a rad. *καρ* variis suffixis adjectis derivata sunt *κάρ-ας*, *κρ-άνο-ς*, *καρ-ασ-ϝατ* cet. (cf. Siegismund Stud. V, 147), sic etiam *καρ-ο* et *καρ-ο-ϝο* ab eadem radice deduci possunt; a *καρ-ο* syncope *α* vocalis facta ut in *κρ-ανο* derivatum est *δί-κρ-ο-ς*, a *καρ-ο-ϝο δί-κρ-ο-ο-ς*. De hyphaeresi igitur *ο* vocalis in *δίκρον*, *δίκρα* cogitari non potest.

2. Adjectiva in -ξόος.

Apud Aristophanem legimus adjectivi δορυξόος, quod apud veteres Atticos et apud Dio. Chrys. atque Plat. exstat, has correptas formas: δορυξός in Pac. v. 447, δορυξόν v. 549, δορυξέ v. 1260. ο igitur eaque acuta ejecta est prorsus eadem ratione, de qua jam vidimus in βοηθός. Eandem affectionem patitur λαξός ab Herodiano (ed. L. II, 250; 24) traditum: ἡ λαξός· ἀπὸ τοῦ ἡ λαξόος (λαοξόος) ἡ λαξός ὡς βοηθόος βοηθός. Alio loco λαξός non reperitur.

3. ὀλοός.

Uno loco pro ὀλοός legimus ὀλός, quem affert Herodianus (ed. L. II, 250, 13) ex Alcmanis versu: ἔχει μ' ἄχος, ὦ ὀλέ δαῖμον (Bergk[3] fr. 55 ὦ 'λέ). Ipse Herodianus dubitat, utrum ὀλέ derivandum sit ab ὀλοός an ab ὀλός. Sine dubio autem syncope non statuenda est, sed revocandum est ὀλέ ad ὀλός. Ut enim ὀλοός ortum est ex ὀλ-ο-ϝό-ς (vel ὀλ-ϝο-ς cf. „Grdz.“[3] 524), sic ὀλ-ό-ς sine suffixi ϝο ope, ut δίκρ-ο-ς; nisi ὀλός derivare mavis ex ὀλ-ϝο-ς ϝ sine compensatione elisa; haec metathesi servata est in homerica voce οὐλέ pro ὀλ-ϝε (cf. „Grdz.“[3] 347).

4. Adjectiva in -πλοος et -πλος.

Etiam adjectivorum ἁ-πλοῦς, δι-πλοῦς breviores formae ἁ-πλό-ς, δι-πλό-ς exstant, quae non ex illis correptae sunt (cf. Joh. Schmidt. K. Z. XVI, 430, Fick[2] 373, Siegism. Stud. V, 164). Priscam enim formam agnoscit Siegismund in δί-πολο-ς (Aesch. fr. 193); praeterea διπλός servatum est in διπλ' ἐρέω (Empedocl. ed. Karst. v. 88), quod Lobeck (Path. El. I, 299) non recte mutari vult in δίσσ' vel διπλᾶ ἐρέω, et in διπλεῖ (in tab. heracl. 1, 109), in quo Meister (Stud. IV, 388) ο priorem elisam esse censet. Num his addendum sit διπλά, quod legimus in Anth. Pal. 10, 101, Oppian. Cyn. 2, 449, Hal. 4, 657, addubito, nam in recenti lingua saepissime adjectiva in -οος correpta sunt in ος; itaque etiam διπλά esse recentem formam et ex διπλόα debilitatam censendum est, nisi fortasse poetae illi priscam formam διπλός imitati sunt. Eandem recentem formam agnoscimus in eis,

ae Tzetzes ad Lycophr. v. 521 non „temere", ut W. Din-
rf in Steph. Thes. s. v. διπλά autumat, sed recte ex-
icavit: διπλὸς δὲ κυρίως καὶ ἐξ αὐτοῦ διπλοὶ ὀξυτόνως.
am de recentiore forma cogitat Tzetzes, non de attica,
od διπλοῖ non διπλοί in attica dialecto pronuntiabatur
f. Soph. Aj. 960, Philoct. 793 al.).

ἁπλός non exstat, nisi in Cram. Anecd. Ox. II, 331, 19,
bi grammaticus ἁπλός ex α τὸ σημαῖνον ἕν et τὸ πέλω
ducit; itaque nescio utrum recenti forma ἁπλός usus sit,
eam etymologiae gratia sibi finxerit.

5. -πνόος.

Lycophron v. 1313 τετράπνην scripsit pro τετραπνόην,
rtasse similes formas epicas imitatus.

6. -ρροος.

Ex χειμα-ρροϝ-ο-ς ortum est χειμά-ρρο-ο-ς (cf. „Grdz."[3]
8), quam vocem legimus Ν 138, χειμάρρους Λ 493; ο
tem esse elisam in χείμαρροι Δ 452 contendunt (cf. I.
kk. „Hom. Bl." 223; al.). Sed jam veteres quidam gramma-
i χειμάρροι scribendum esse docent, quod elucet ex verbis
erod. II, 46, 30: Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης παροξύνει
εὶ τὸ ἑνικόν ἐστι χειμάρρους, Νικίας δὲ ὡς εὔφωνοι,
aeterea cf. E. M. 810, 13 χειμάρροι ἀλλ' οὐ χείμαρροι
; οἱ πολλοὶ φασίν, aliter Poll. I, 187 χείμαρροι προπαρ-
υτόνως (cf. Lob. Path. El. I, 316). Quare quamquam Hero-
anus ipse Niciae rationem probavit, tamen altera prae-
renda esse videtur. Sed ut jam Homeri aetate accentus
tractus et χείμαρροι pronuntiatum sit, id tamen non alio
odo ex χειμάρροοι ortum esse potest ac χειμάρρῳ ex χει-
ιρρόῳ (Ε 88), Πάνθου ex Πανθόου. An existimas in
ιμάρρῳ, Πάνθου, εὔνου cet. ο esse contractam cum ter-
inationibus, in χειμάρροι autem elisam? Contractio igitur,
am in dialecto attica in omnibus formis factam videmus,
χειμάρροι, χειμάρρῳ jam antea tentata est.

Correpta forma χείμαρρος inde a Pausaniae demum
tate in usum venit.

7. -σσόος.

Adjectivi δορυσσόος correpta forma nullo loco exstat, sed nomen proprium Δόρυσσος, quod quin δορυσσόον significet non recte addubitat Lobeck (Path. El. I, 318); id enim ex Δορυσσόος ortum est ut Βόηθος ex Βοηθόος cet.

8. -χόος.

Χρυσοχόος adjectivi vocativum χρυσοχόε legimus e. g. in Ar. Lys. v. 408, genetivum χρυσοχόου apud Dem. or. κατὰ Μειδίου 520, 16, accusativum χρυσοχόους in Plutarchi scriptis. Apud Galenum (II, 717, 2) demum et Greg. Naz. χρυσοχόος in χρυσοχός corripitur.

9. -χροος.

Cum jam supra (§ 2, 8) viderimus in vocibus ἀχρής, μελαγχρής vocalem aliquam elidi, non mirum est quod ο ejicitur in adjectivis in -οος ab eadem stirpe derivatis. Sic habes Hesychi glossam: ἀμείψιχρον· μεταβάλλοντα . ., sic legimus in Ap. Rh. 4, 359 μελιχραί, in Dio. Cass. 51, 12 μελιχρὰ ἄττα; pleniorem formam μελίχροος Galenus ex Hippocrate affert. Addere liceat nomen proprium Μέλαγχρος ex Μελάγχροος correptum, quod legimus in Alcmanis fr. 21 (Bergk[3]).

## § 5. DE NOMINIBUS IN -εος.

Ut nomina in -οος corripiuntur in -ος lingua jam senescente, sic etiam nomina in -εος (cf. Lob. Path. El. 251), quorum hae formae exstant: ἀνθηφοινικά (Diosc. Mat. IV, c. 35), ὀστά pro ὀστέα in Oppian. Cyn. V, 208 (cf. Lehrs quaest.. ep. 306), πορφυροί saepe, συφός in Lycophr. v. 676 pro συφεός, quod in Hom. Odyss. legimus, ἐτός pro ἐτεός e *sat-ja-s derivatum (cf. „Grdz.“[3] 196), in κενός et κενεός (cf. ib. 140). In aliis nominibus Lobeck (l. c.) recte vidit non syncopen, sed liberam terminationis variationem, ut in ἐρινός pro ἐρινεός, al. Eodem modo explicari debet (φρένας) ἠλέ Ο 128 pro (φρένας) ἠλεέ β 243 (cf. ἠλεός ξ 464), cui Lobeck (Path. El. I, 257) verisimile esse

putat ὦ μέλε, quod defluxerit ex μέλεος; sed μέλε ad aliam stirpem revocandum esse ac μέλεε demonstrat Curtius in „Grdz.“ 3 307. ἠλ-ό-ς potius e stirpe ἀλ videtur esse deductum (cf. „Grdz.“ 3 509) ut ἄλ-η, et ἠλ-ε-ό-ς ex ἠλ-ο suffixo ϝο addito ortum ut ἀλ-έ-η.

## § 6. ADVERBIA IN α.

Veteres grammatici adverbia ὦκα, σάφα, κάρτα cet. orta esse ex ὠκέα, σαφέα, καρτέα existimarunt (cf. Her. ed. L. I, 488, 13), eis assentiuntur Kissling (K. Z. XVII, 200) et Kühner (gr. gr. 146, 729). Sed jam Buttmann et Lobeck haec adverbia alio modo orta esse censuerunt, et ille quidem („Ausf. Gr.“ II, 266) suspicatur, adverbia ὦκα, σάφα, λίγα, quamquam eorum adjectiva in -υς vel -ης exeant, ad stirpes in -ος -ον revocanda esse; hic (Path. El. I, 207) persuasum habet, syncopen his adverbiis non esse concedendam.

Accuratissime Kissling (l. c.) de his adverbiis agit; videamus igitur, quo modo ea orta esse censeat: τάχα, ὦκα, λίγα, κάρτα, ὄχα revocat ad *ταχ-εϝ-α, *ὠκ-εϝ-α, *λιγ-εϝ-α, *καρτ-εϝ-α, *ὀχ-εϝ-α; σάφα, μίγα, ῥίμφα ad *σαφ-εσ-α, *μιγ-εσ-α, *ῥίμφ-εσ-α; ε syncope esse elisam, deinde ϝ et σ evanuisse existimat. Cui explicationi nullo modo assentiri possumus, nam e *σαφ-σα, *μιγ-σα, *ῥιμφ-σα fieri debebat *σαψα, *μιξα, *ῥιμψα. Itaque haec quidem series statuenda erat: *σαφ-εσ-α *σαφ-ε-α σάφα, *ταχ-εϝ-α *ταχ-ε-α τάχα cet.; sed haec quoque non placet, neque enim intellego, quomodo fieri possit, ut in his omnibus adverbiis ε semper sit elisa ita, ut nullo loco plenior forma servata sit. Ubi enim hyphaeresin vocalium quae dicuntur durarum factam esse intellegimus, semper pleniores formas reperimus; praeterea in his adverbiis antiquissimae formae servatae sunt, nam eorum, ut ipse Kissling exposuit, in homericis carminibus maximus usus est, posteriore aetate paullatim adverbiis in -ως cedunt. Potestne igitur in eis hyphaeresis ε vocalis statui? — Sine dubio ea alio modo orta esse debent. Videamus igitur num

rectam rationem inveniamus et incipiamus ab adverbiis a stirpibus in -*υ* derivatis.

Ut a stirpe *πολι* et *πολι-ος* et **πολεj-ος* deducuntur, ita etiam a stirpe *ὠκυ* derivari possunt et **ὠκυ-ος* et **ὠκεϝ-ος*. Formae quidem pura *υ* servata non exstant nisi in nominativo et accusativo *ὠκύ-ς*, *ὠκ-ύ-ν*, sed sine dubio statuendae sunt in comparativis et superlativis adjectivorum in *υ*: *τάχ-ιστος* enim non ex **ταχ-εϝ-ιστο-ς*, sed ex **ταχυ-ιστο-ς*, *θᾶσσον* ex **ταχ-υ-ιον*, *ὤκιστος* ex **ὠκυ-ιστος*, *ἐλάχ-ιστος* ex *ἐλαχυ-ιστος* orta esse demonstratur linguis cognatis. Nam in lingua sanscrita stirpes in *u* in his formis non augentur, sed *u* ante suffixa comparativi et superlativi eliditur (cf. Bopp „Skt. Gr.“[4] 148); idem fieri invenimus in ling. zend., sic habes e. g. ex stirpe *âçu* orta skt. *áç-ishtha*, zd. *âç-ista*, *ὤκ-ιστος* lat. *ôc-is-simus* (cf. Bopp. „Vergl. Gramm.“[3] II, 37), ex *svâdu* orta skt. *svâd-îjas*, *svá-dishtha*, *ἥδ-ιον* *ἥδ-ιστο-ς*, lat. *suâ-v-ior* cum *u* vocali servata pro *suad-u-ior*, cet. Ut igitur *τάχ-ιστο-ς* a **ταχ-υ-ιστο-ς*, *υ* vocali elisa, deductum est, sic etiam *τάχα* ex **ταχ-υ-α*, *κάρτα* ex **καρτυα*, quorum optime concinit theod. vet. *harto*, *ὦκα* ex **ὠκυα*, *λίγα* ex **λιγυα*, *θάμα*, quod Kissling non attulit, ex **θαμυα* orta esse censendum est. Vocem *ὄχα*, quam Kissling ad *ὀχεϝ-α* revocat, forsan rectius cum *ἔξοχον* conferas, sed adhuc nihil de stirpe hujus vocis constat.

Adverbia *σάφα*, *μίγα*, *ῥίμφα* Kissling revocat ad stirpes in -*ες*; eodem jure tamen e stirpibus in vocalem desinentibus deduci possunt. Nam ab eadem stirpe ac *σαφ-ες* est derivatum *σοφ-ό-ς*, itaque *σάφ-α* quoque, quamquam usu propius ad *σαφής* accedit, tamen a stirpe *σαφα* ductum esse suspicor. Tum *μίγα* a *μίγ-δα* sejungi non potest, quod *μίγα* eandem significationem habet ac *μίγδα*; *μίγ-δα* autem ex **μιγ-δjα* pro **μιγ-jα* ortum est (cf. „Grdz.“[3] 592); ex eodem **μιγ-jα* derivari potest *μίγα* ut *μίγ-δην* ex **μιγ-διην* al. Adjectiva *ἀ-μιγ-ής*, *συμ-μιγ-ής*, quae Kissling affert, in recenti demum attica dialecto reperiuntur, itaque demonstrare non possunt *μίγα*

ex * *μιγ-εσ-α* derivatum esse. Deinde origo vocis *ῥίμφα* adhuc ignota est, nam *χαμαιριφής*, quod in Suidae lexico legimus, Kisslingi sententiam comprobare non potest, *ῥίμφα* esse correptum ex * *ῥιμφ-εσ-α*. Etiam reliqua adverbia, quae Kissling ad stirpes in consonas revocare vult: *πύκα*, *ἄντα*, *μάλα*, *ἦκα*, *ῥεῖα* alia ratione exponenda sunt. Cum *πύκ-α* enim conferas skt. *pûg-a-s* (cf. „Grdz."³ 269); *ἄντ-α* ab *ἀντ* derivatum est ut *ἀντ-ί* (cf. ib. 194); cum *μάλα* optime concinit comparativus * *μᾶλλον* pro * *μαλ-ιον*. Stirpes aliarum vocum ut *ἦκα*, *ῥεῖα* nondum ad liquidum perductae sunt, sed etiam in eis ε elisam esse, ex causis jam expositis negari debet et Kissling ipse (l. c. 201) adverbia ut *ἅμα*, *κρύφα*, *σῖγα* a stirpibus in α derivata esse non negat.

## § 7. DE PRONOMINE REFLEXIVO ET POSSESSIVO.

In pronominis personalis tertia persona hyphaeresis ε vocalis facta est, nam e stirpe *σϝε* ortum est *σεϝε* vocali quam dicunt irrationali inter σ et ϝ consonas interjecta (cf. Rumpf in „Fleckeiseni Annal." vol. 81, 683); e stirpe *σεϝε* vel *ἑϝε* derivata sunt *ἑοῦ* (cf. Apoll. de pron. 98 C), *ἑοῖ*, *ἑέ* et ε vocali elisa *οὗ*, *οἷ*, *ἕ*. Quae hyphaeresis fortasse sic facta est, ut prius ε cum sequenti vocali synizesi conjungeretur, tum paullatim evanesceret.

Pronomina possessiva *ἐμός*, *σός*, *ὅς*, *ἁμός*, *ὑμός*, *σφός* ab * *ἐμεος*, * *σεος* (*τεός*) cet. ε elisa deducta sunt, nam stirpes horum pronominum sunt *ἐμε*, *σε*, *ἁμε* cet., quae exstant in lat. *me-u-s*, *tu-u-s*, *su-u-s*, in *ἁμέ-τερος*, *ὑμέτερος* cet.; praeterea etiam in lingua graeca pleniores formae servatae sunt, inveniuntur enim hae: *τεός* dor., *ἑός* dor. et ep., *σφεός* in Alcm. fr. 31 (Bergk³) et ap. Ap. Rh. Quo modo autem ε in illis formis ejiciatur, monosyllabum *τεός*, quod ut *θεός* (Pind. Pyth. I, 56) unam moram efficit, demonstrat. Legitur enim in versu Praxillae (fr. 1 Bergk.³): *ἀλλὰ τεὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπει-*

θον; in τε͡ός igitur synizesis facta est ο vocali non producta, sic in omnibus his pronominibus ε synizesi cum sequenti vocali conjungitur. Idem factum esse videmus in pronominibus reflexivis ἐμαυτοῦ, σαυτοῦ, αὑτοῦ, quae ex ἐμεαυτοῦ, (ion. ἐμεωυτοῦ), σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ orta sunt. Ion. ἐμεωυτοῦ autem contractione quadam ex *ἐμεοαυτοῦ derivatum esse non potest, ut Brugman (Stud. IV, 133) suspicatur, nam in compositis ο finalis prioris vocis ante vocem a vocali incipientem semper eliditur (cf. § 9).

De aliis pronominibus correptis v. § 11 et 12.

## § 8. DE HYPHAERESI INITIO VOCABULORUM FACTA.

Elisionem ε vocalis in pronomine ἑός, ἑέ hyphaeresin, non aphaeresin appellavi et id quidem jure; nam nihil refert utrum sonus, a quo vox incipit, spiritus, sive asper sive lenis, sit, an alia quaelibet consona. Eandem hyphaeresin reperimus in paucis aliis vocibus: Ἕεις enim pro εἷς legimus in Hes. th. 145; sed in dubium vocatur, num hac voce prisca forma servata sit: potius cum veteribus grammaticis (cf. Her. ed. L. I, 373, 7) pleonasmum ε vocalis statuendum esse censet Leo Meyer (K. Z. VIII, 129). Quae explicatio non excusatur nisi eo quod alio modo ἕεις explicari non potest. Suspicor igitur ἕεις pro prisca forma habendum esse, ex qua aliae formae εἷς, ἑνός cet. ortae sunt. In omnibus enim linguis indogermanicis nomen numerale „unus“ cum aliquo suffixo formatum est (cf. Leo Meyer. K. Z. V, 161) ut skt. *ê-ka*, zd. *aê-va*, lat. *oi-no-s* cet., sic etiam graecum „εἷς“ vel „ἕεις“ non sine suffixo ex **sam-s*, sed cum aliquo suffixo ex *sa* formatum esse censendum est. Videtur autem ἕεις ortum esse ex **sa-van-s*, ex quo factum est *ἑενς, ἕεις; in εἷς, ἑνός, ἑνί ε vocalis elisa est ut in ὅς vel in οὗ, οἷ, ἕ. Fortasse etiam in aeolica forma ἴος, ἴα (accentum traditum ἰῷ non curo) ε elisa est. Ut enim μ-ία ex *ἑμ-ια vel **sm-ia* pro **sam-ia* (cf. „Grdz.“ [3] 365) derivatum est, sic ἴος ex *ἑ-ιο-ς pro **sa-ia-s* ortum esse videtur, spiritu aspero aeolico more

in spiritum lenem mutato et ε ut in ὅς cet. elisa. Quae etymologia eo quoque probatur, quod hoc modo omnes formae ejusdem nominis numeralis ex eadem stirpe derivantur (cf. quod Leo Meyer K. Z. VIII, 140 et Ahrens ib. 343 de origine vocis ἴος suspicantur).

In ionico ὁρτή, sive ex ἑορτή (cf. „Grdz.“ 3 529) sive ex ϝεϝορτή (cf. Sonne K. Z. XIII, 442) orto, ε elisa est vel potius evanuit eo modo, quo jam saepius vidimus paullatim vocales ante vocales evanescere.

Non autem aliarum vocum, in quibus ε vocalis praeposita est (cf. „Grdz.“ 3 527 sqq.), ut in ἔεδνα, ἐειδόμενος, ἐείκοσι[3]), breviores formae ἕδνα, εἰδόμενος cet. ex amplioribus correptae sunt, nam in ipsa dialecto homerica et ἕδνα et ἔεδνα, et ἕρση et ἐέρση cet. leguntur, tum non in omnibus dialectis eis vocibus ε praeponitur (cf. boeot. ϝίκατι).

Num Herodotus οἶκα pro ἔοικα scripserit, a Lhardyo (Quaest. d. dial. Herod. cap. I) in dubium vocatur, sed hoc ita esse demonstravit Bredow (d. dial. Herod. 194 sq.), praeterea nunc quidem ex Steini editione critica apparet, optimos codices semper fere οἶκα praebere; etiam Renner (Stud. I, 2, 22) οἶκα formam defendit. In hac voce igitur hyphaeresis ε vocalis facta est.

Ὤν, ὄντος ex ἐών, ἐόντος cet. pro *ἐσ-ων, *ἐσ-οντος ortum est hyphaeresi facta; contra in heracl. ἔντες nulla vocalis excidit (cf. Meister Stud. IV, 434).

## § 9. DE COMPOSITIS.

In compositis, quorum prior pars e voce in α vel ο exeunte constat, altera autem a vocali incipit, α vel ο vocalis prioris partis semper exploditur; nunquam aut servatur α et ο, aut vocalis initialis alterius vocis ejicitur (cf. Curt.

---

[3]) Curtius „über die Tragweite der Lautgesetze“, Ber. d. K. S. G. d. W. 1870 p. 35 suspicatus est ἐείκοσι fortasse errore quodam ex ἔϊκοσι ortum esse.

„Schulgr.“ § 354, L. Meyer „Vgl. Gr.“ I, 305). Qua ex lege concludimus, vocalem jam elisam esse, cum illae duae voces in unam conjungerentur; i. e. nunquam pronuntiatum esse *δημο-αγωγός, sed semper δημ-αγωγός, ἰσ-άργυρος, διφρ-ηλάτης, ὁδ-ηγός. Itaque haec elisio non hyphaeresis, sed rectius apocope vocanda est.

Ubi autem ο servatur, quamquam altera vox a vocali incipere videtur, semper consona quaedam evanuit, sic in δημιουργός pro *δημιο-ϝεργός, ἀστερο-ειδής pro *ἀστερο-ϝειδής, χειρο-ήθης pro *χειρο-(σ)ϝήθης, πυλα-ωρός, θυρα-ωρός pro *πυλα-ϝορος, *θυρα-ϝορος (cf. „Grdz.“ [3] 324 et Brugm. Stud. IV, 174), θυρωρός ex θυρα-ωρός contractum est. Hanc legem non secuntur νεο-αλδής, nisi cum Curtio („Grdz.“ [3] 215) νειαλδής scribendum est, et nonnulla composita posterioris aetatis, ut νεο-αύξητος, ἰσο-ευρής cet. (cf. Curt. „Grdz.“ [3] 215).

## § 10. DE NOMINIBUS DERIVATIS.

Eadem lex, quam in compositis valere intelleximus, etiam in simplicibus nominibus formandis observatur. Semper enim ante suffixum, quod a vocali incipit, vocalis vocis stirpem claudens ejicitur, sic praecipue ante ι: Πριαμ-ίς pro *Πριαμο-ίς, βασιλ-ικό-ς pro *βασιλε(ϝ)-ικο-ς, εὔνο-ια pro *εὐνοϝο-ια, Βοηθοίδης pro *Βοηθοϝο-ίδης, ἀστ-ός pro *ἀστυ-ός, ἥδ-ιον pro *ἡδυ-ιον, τάχ-ιστος pro *ταχυ-ιστος, πρ-ίν pro *προ-ιν (cf. „Grdz.“ [3] 267).

Non meum est hoc loco omnia suffixa afferre, ante quae vocales elisae sunt; satis videtur totam rem attigisse, sed addere liceat, cavendum esse, ne huic legi majorem amplitudinem tribuas, ne existimes e. g. ε vel ο esse elisam ante ι, ubi ι potius extenuata est ex ε vel ο, ut in Κρονί-δης a stirpe Κρονο.

Ubi autem vocalis ante suffixa servatur, vocis stirps olim in consonam exiit, sic in κρανέ-ινος, μελέ-ινος, ὀστέ-ινος, Ἡρακλεΐσκος cet., sed in his quoque ε eliditur posteriore aetate, nam legimus κράνινος, μέλινος (cf. E. M. 577),

ὄστῖνος (cf. Lob. ad Phryn. 262), Ἡρακλίσκος in Theocr. id. 24. — Jam paucis absolvam nomina a stirpibus in ες, ο-ο, ε-ο derivata, quorum simplicia saepe vocalem ejecisse antea vidimus.

Grammatici tradunt (cf. Herodian. II, 331, 30) κλεινός, δεινός syncope decurtata esse ex κλεεινός, δεεινός, et affert Suidas. δεεινός, sed locum non addit, quo legerit. Sine dubio autem illi homines δεεινός, κλεεινός sibi finxerunt, ut multa alia, nam δει-νός a rad. δει cum suffixo νο (cf. „Grdz.“ [3] 221, 607), κλε-ινο-ς a rad. κλεϝ cum suffixo ινο (cf. ib. 144) formata sunt. Idem censendum est de θέειος „divus“, quod Proclus (h. in Ven. 2, 16) e θεῖος distraxit; θεήιος „divus“ Bion 6, 9 ex analogia homerici θήιον pro attico θεῖον „sulphur“ et distractione η in εη sibi finxisse videtur. Ejecta autem esse ε videtur in substantivis ab adjectivis in ε-ες derivatis, ut in εὔκλεια ab εὐκλεής, ἄδεια ab ἀδεής, ἔνδεια ab ἐνδεής. Sed videamus primum, quid veteres grammatici de hac re judicarint; legimus enim in Choerobosci Orth. 179, 6 haec: ἐκ τοῦ ἀδεής ἀδέεια καὶ κατὰ συγκοπὴν ἄδεια; E. M. 714, 53: σιτοδεής σιτοδέεια καὶ ἀφαιρέσει τοῦ ε σιτοδεία; Her. ed. L. II, 331, 16: ὡς εὐγενής εὐγένεια οὕτως εὐκλεής εὐκλέεια καὶ ἐνδεής ἐνδέεια καὶ κράσει εὔκλεια καὶ ἔνδεια. Herodiani quidem sententiam jure Lobeck (Path. El. I, 243) refutavit, quod si haec contracta essent, circumflecteretur penultima; Lobeck autem ipse putat propiorem esse syncopae suspicionem. Potius, ni fallor, εὔκλεια alio modo formatum est atque ἄδεια, ἔνδεια cet., nam εὔκλεια vocis, quam jam in homericis carminibus reperimus, priscam formam esse *εὐκλεϝ-εσ-ια censendum est; ex *εὐκλεϝ-εσ-ια ortum est *εὐκλε-ε-ια et altera ε elisa, ut in ἀκλέα, δυςκλέα, κλέα pro *ἀκλεεα, δυςκλεεα, κλεεα, εὐκλε-ια, εὔκλεια. Non nego eadem ratione ἄδεια, ἔνδεια formata esse posse; sed cum hae voces e posteriore aetate demum tradita sint — non enim ante Thucydidem leguntur — et cum adjectiva, a quibus illa nomina derivata sunt, interdum non exstent — sic *σιτοδεής certe

non reperitur — putaverim Graecos in nominibus ἄδεια, ἔκ-δεια formandis analogiam nominum ab adjectivis in ης derivatorum secutos ea quasi ab adjectivis in ης non εης derivasse. Certe autem εὐκλέεια, ἀδέεια formae a grammaticis fictae sunt, nusquam enim leguntur.

A *θεϝ-ες deductum est *θεϝ-εσ-ιον, θέειον (cf. „Grd."[3] 243), qua voce poetae epici usi sunt; in dialecto attica ex θέειον θεῖον factum est, ε, ni fallor, elisa. Ab eodem *θεϝ-εσ-ιον, ϝ cum compensatione elisa, derivatum est *θη-ε-ιον, θήιον (χ 493), in quo ηε in η contractae sunt, ut in θῆσθαι pro θήεσθαι, τιμῆντα pro τιμήεντα. Eodem modo ac θέειον in θεῖον corripuerunt Attici ἐλεεινός, quod in homericis carminibus legitur, in ἐλεινός, sed servarunt ἀλεεινός; qua ex re apparet, eos ἐλεεινός in ἐλεινός mutasse, quo vitarent parem sonum trium illarum ε, in ἀλεεινός enim est quaedam vocalium varietas. Eadem de causa ἀν-ελεήμων, quod ab eadem stirpe deductum est atque ἐλεινός, etiamsi de radice hujus vocis adhuc nihil constat, in ἀνελήμων mutatur (cf. Anecd. Bekk. 400, 30; Lob. Path. El. I, 254).

In nominibus ab adjectivis in -οος derivatis ante suffixa, quae a vocali incipiunt, altera ο eliditur, ut jam vidimus, sic in εὔνοια pro *εὐνοϝο-ια, βοήθεια pro *βοηθοϝο-ια, ἁπλοΐδες pro *ἁπλοϝο-ίδες; ante suffixa, quae a consona incipiunt, οο modo servantur, ut in homerico ὀλοό-φρων, ut in ἀθροο-ποσία, ἀθροότης[4]), quae e posteriore demum aetate exstant, ut in thessalico nomine Ὀλοοσσών, modo in ο corripiuntur, ut in Ὀλοσσών („Grdz."[3] 523), in nominibus cum ἁπλόος, διπλόος compositis: ἁπλο-σύνη, ἁπλό-της (Plat. Xen.), ἁπλό-θριξ (Aristot.), ἁπλο-παθής, ἁπλο-πάθεια (Sext. Emp.), ἁπλο-σχήμων (Strab.), ἁπλό-τατον (Anth. VI, 186), διπλό-τατον, διπλό-θριξ, διπλο-καρδία, quae non ante Platonem reperiuntur. Neque enim ea e stirpibus ἁπλο, διπλο de-

4) ἀθρότης suspectum est, cf. Steph. Thes. s. v. et Lob. Path. El. I, 300.

rivata sunt, quod Attici his brevibus stirpibus non usi sunt et *ἅπλο-ἰδες* nulla alia ratione nisi ab **ἁπλοϝο-ιδες* deductum esse potest. In compositis *μελιχρώδης*, *χειμαρρώδης*, *αἱμορρώδης* *οω* in *ω* contractae sunt, quae plenior forma in *καταρροώδης*, *αἱμορροώδης* servata est (cf. Lob. Path. El. I, 319). Composita in *εος* modo servant *ε* modo ejiciunt, quod cognosci potest ex his exemplis: *χρυσεοκόμης* *χρυσοκόμης*, *χρυσεόμαλλος* *χρυσόμαλλος*, *χρυσεόνωτος* *χρυσόνωτος*, *χρυσότερος*, *ὀστεογενής*, *ὀστογενής* (cf. Lob. Path. El. I, 350), *ὀστεοκόπος* *ὀστοκόπος*, *ὀστολογία*.

## § 11. DORICA QUAEDAM.

Cum jam disputationem absolverimus de ea hyphaeresi, quae in universa lingua graeca et praecipue in attica dialecto reperiatur, videamus quae exempla ejusdem affectionis ex ceteris dialectis afferri possint et primum quidem e dialecto dorica.

Genetivus nominum femininorum in *ω* et *ως* in severiore doride terminationem *ως*, in mitiore *ους* habet (cf. Ahr. d. d. II, 238), sed exstat etiam correpta forma *Λατός* (cf. Ahr. l. c. 174) et *Κλεός* in Pind. fr. 299 (Bergk [3]) a Lobeckio (Path. El. I, 303) pro tradita lectione *Κελεός* restituta. In parte igitur quadam doricae dialecti *οος* non contrahitur, sed corripitur in *ος*; quod ita factum esse suspicamur, ut *ο* acuta debilitaretur, fieret vocalis ut ita dicam irrationalis, sic paullatim prorsus ejiceretur.

Eodem modo evanescit *ε* in paucis formis nominativi pluralis, qui plerumque in *εες* vel in *εις* exit (cf. Ahr. l. c. 237, G. Aug. Peter. d. dial. Pind. 39); has enim formas habes: *Πριανσιές* in cretico titulo 2556, 30 pro *Πριανσιέες*, quod legitur in ejusdem tituli l. 46; *ἱαρές* pro *ἱαρέες* in cyren. tit. no. 7, qui titulus Tiberi aetate scriptus est, *βιοπλανές* pro *βιοπλανέες*, quo Callimachus usus est (cf. Choerob. ed. Gaisf. 447, 10, Herod. ed. L. I, 422, 13, II, 278, 20). Raro igitur in hoc nominativo *ε* eliditur et gradatim eo

tempore evanescit, quo qualis lingua fuerit monumentis traditum est, id quod optime intellegitur ex formis illis in eodem titulo scriptis: *Πριανσιές* et *Πριανσιέες*. Tamen vulgo contendunt, etiam pronomina ἁμές, ὑμές ex *ἁμέες, *ὑμέες correpta esse, cui sententiae assentiri non possum. Nam, ut jam exposui, haec hyphaeresis raro fit et in hac vel illa parte dialecti doricae; in ἁμές, ὑμές autem jam ab antiquissimo tempore et in omnibus partibus dialecti doricae ε elisa esse existimari debebat; nusquam enim pleniores formae *ἁμέες, *ὑμέες leguntur. At dixerit quispiam pronomina facile majorem deminutionem pati quam alias voces! Attamen falso ponitur ἁμές, ὑμές correpta esse, cum etiam Aeoles brevioribus formis ἄμμες, ὔμμες utantur, in aeolica autem dialecto nunquam ullius vocis extrema syllaba corripiatur. Itaque Schleicheri sententiam, qui (Comp.[2] 653) etiam ἄμμες, ὔμμες correpta esse contendit, comprobare non possum. Accedit quod in dialecto ionica nulla alia forma nisi ἡμεῖς, ὑμεῖς reperitur; quo modo autem explicare vis, Iones semper priscam formam servasse, Aeoles autem, qui non magis correptionem syllabarum finalium amplectuntur quam Iones, semper eam deminuisse? Cur σφεῖς, quam veram formam doricam et aeolicam esse Apollonius de pron. 120 tradit, non in σφές corripitur? Tum non solum nominativus, sed etiam dativus et accusativus in dialectis ionica, dorica, aeolica prorsus diversi sunt. An persuasum habes etiam ἁμέ, ὑμέ, ἄμμε, ὔμμε ex *ἁμέ-ας, *ἀμμέ-ας cet., ἁμὶν ex ἁμῖν, ἄμμιν vel ἄμμι ex ἄμμῖν correpta esse? Sed jam vides, nobis, si de his formis recte judicare cupimus, prius de origine et universa formatione pluralis numeri pronominis personalis agendum esse, et primum quidem inquiramus, quid viri docti de hac re disputaverint.

Bopp (Vgl. Gr.[3] II, 110) summo jure revocat ἡμεῖς, ἄμμες, ἁμές ad stirpem **asma*, ὑμεῖς, ὔμμες, ὑμές ad **jusma*. Ab his stirpibus deducit graecas formas triplici modo; putat enim:

1) α vel ε vocali abjecta et terminatione ες addita esse exorta ἄμμ-ες, ἀμ-ές, ὔμμ-ες, ὑμ-ές;

2) α in ι debilitatam esse in ἀμμέ-ων pro *ἀμμί-ων, in ἁμέ-ων pro ἁμί-ων cet.

3) ἡμᾶς ab *ἡμα-νς esse derivatum ut μέλας a μέλανς; ἄμμε, ἁμέ ex *ἀμμα-νς, ἁμα-νς cet. correpta esse. Sed potesne analogiam afferre, in qua pluralis numerus ejusdem vocis a triplici stirpe ut in ἄμμες ab ἀμμ, ἀμμέ-ων ab ἄμμι, ἄμμε ab ἄμμα derivatus sit? Tum ne singulae quidem stirpes defendi possunt: nam apocope vocalis ante terminationem non reperitur in ulla stirpe; deinde α nunquam in ι mutatur nisi prius in ε (cf. „Grdz.“ [3] 663 sqq.); quis autem credet, hanc seriem esse veram: *ἀμμα-ων, *ἀμμε-ων, *ἀμμι-ων, ἀμμέ-ων, quod in boeotica et cretica dialectis denuo in ἀμμί-ων, ἁμί-ων mutetur? Neque enim in boeot. ἀμμί-ων, in cretico ἁμίων antiquior forma servata est, cum etiam in aliis vocibus harum dialectorum ε in ι mutatam inveniamus (cf. Ahr. d. d. I, 178, Hey. d. dial. cret. 12). Denique ex *ἁμα-νς, in qua mire prisca α servata esset, aut ἡμέας aut ἁμέ nullo modo orta esse possunt.

Cum Boppio Schleicher (Comp. [2] 652) existimat *asma in asmi mutatum esse; ex *asmi autem, ι in αι aucta, ortum esse putat asmai, a quo derivatum sit asmaj-as, ἡμε-ες, ἡμεῖς, ἡμείων, ἡμέων cet. ut a πολι πολεj-ες, πόλεις. Sed jam vidimus α non in ι mutari, itaque ἡμεῖς ex asmaj-as ortum esse non potest, tum ἄμμες, ἁμές hoc modo non explicantur. Alio modo Schleicher accusativum explicat: „ἄμμε, ὔμμε, σφέ nach art des singulars gebildet wie ἐμέ, σέ, ἕ; vgl. ablat. dat. plur. im altindischen und altbaktrischen.“ Suspicatur igitur terminationem accusativi singularis cum asma stirpe conjunctam postea abjectam esse, ut in ἐμέ cet. Sed valde dubitandum est, num unquam ἐμέ ullam terminationem habuerit, quod longum est accuratius hoc loco explicare; sed afferre liceat boeoticum τίν, quod eodem modo ac skt. tvām, osk. siom, umbr. tiom formatum et revocandum est ad τϝε-ν pro τϝε-μ; potest autem exemplo esse τίν, etiam alias

formas cum terminatione praeter formas sine terminatione in usu fuisse. Jam igitur, cum neque Boppio neque Schleichero assentiri possimus, videamus num alio modo hae formae explicari possint.

Bopp („Vgl. Gr.“ II, 112 sqq.) exposuit, in lit. *mēs, jūs*, got. *veis, jus*, zend. *jûs s* litteram non esse terminationem nominativi pluralis, sed in his formis puram stirpem etiamsi correptam esse servatam; sic etiam ved. *asmḗ* (pro *asma-i*) pro omnibus fere casibus pluralis numeri usurpatum esse; tum, ut Schleicher (Comp.[2] 650) demonstravit, linguae indogermanicae sua quaeque ratione pluralem pronominis personalis formarunt, qua ex re satis elucet, pristina illa aetate formationem horum casuum nondum fuisse perfectam, sed stirpem puram suffecisse et ad nominativum et ad alios casus significandos. Ita etiam in lingua graeca ipsa stirps pro forma casuali posita est in accusativis ἁμέ, ὑμέ, ἄμμε, ὔμμε pro **asma*, **jusma* (cf. ἐμέ, σέ, ἕ), tum singulos casus alii alia ratione formarunt. Et duae quidem stirpes statuendae esse videntur, altera a qua formae ionicae, altera a qua formae doricae et aeolicae derivatae sunt. Et stirps, quae postea in Iade valebat, erat *asma-i*. Cum *asma* enim *i* conjuncta est ut in ved. *asmḗ* pro *asma-i*; eadem *i* vocalis in lingua sanscrita saepe usurpatur ad casus obliquos pronominum formandos, sic in *va-j-ám* (cf. Schleich. Comp.[2] 651), in *ãvá-j-ôs, juvá-j-ôs* (ib. 656); *má-j-i, tvá-j-i; má-j-â, tvá-j-â* et in locativis slov. *na-j-u, va-j-u*. Eadem *i* reperitur in lingua graeca, sic in dor. ἐμε-ί, τε-ί pro ἐμέ, σέ, tum, ut Schleicher Comp.[2] 534 exposuit, in nominativo pluralis declinationis in *α* et *ο*, e. g. in τοί pro *ta-j-as*, ταί pro *tâ-i-as*. Quae quamquam in conjectura posita sunt, tamen non audacius esse videtur cum Schleichero contendere, *i* vocalem ut in lingua sanscrita ita in lingua graeca usurpatam esse ad casus formandos. Cum **asma-i*, **jusma-i* igitur terminationes conjunctae sunt et haec quidem series est statuenda: **asma-j-as*, *ἡμεj-ες, *ἥμε-ες, ἡμεῖς; *ἡμεj-ων, ἡμείων, quod quinquies in homericis

carminibus legitur et hoc modo optime explicatur, ἡμέ-ων; *ἡμεj-ας, ἡμέας. Dativus casus et ex *asma-i*, **asma-i-bhjam*, *ἡμε-ι-φιν, ἡμῖν — et ex *asma*, **asma-bhjam*, *ἡμε-φιν : *ἡμι-φιν = *σφέ-σι : σφίσι, ἡμῖν — derivatus esse potest; ex ἡμῖν, ῑ correpta, orta est forma enclitica ἥμιν.

Altera stirps, a qua formae doricae et aeolicae derivantur, est **asma*, **jusma*, quae, ut jam explicavimus, in ἁμέ, ὑμέ, ἄμμε, ὔμμε servata est. Ab hoc **asma* nominativus ductus est ς singularis nominativi terminatione addita. At quo modo fieri potuit, ut terminatio ullius casus numeri singularis in pluralis casibus formandis assumeretur? In pronomine **sma*, ut Bopp („Vgl. Gr.“ [3] II, 111) exposuit, jam pluralis quodammodo expressus erat; idem fere vult Schleicher, cum dicat (Comp. [2] 650): „Ob an dise idg. plural-stämme die gewönlichen casussuffixe des plurals, oder die der pronominalen declination, oder die des singulars antraten, letzteres indem der plural schon in der stambildung auss gedrückt lag, lässt sich wohl nicht entscheiden.“ Ad nominativum igitur significandum non solum ς sufficiebat, sed etiam ne exspectanda quidem est terminatio pluralis ες; tum in skt. *asmát, asmábhjam, jushmát, jushmábhjam* terminationes singularis numeri adhibitae sunt ad ablativum et dativum casus formandos. Ut autem in lingua sanscrita terminationes singularis cum pluralis alternant, ita etiam in lingua graeca nominativi pluralis terminatio est ς: ἁμέ-ς, ἄμμε-ς, genetivi ων: ἁμέ-ων, ἀμμέ-ων; nunquam enim ut in dialecto ionica reperiuntur *ἁμείων vel *ἀμμείων cet. Dativi ἁμῖν, ὑμῖν, ἄμμι(ν), ὔμμι(ν) ex *ἁμε-ιν cet. orti sunt, ε elisa ante ι, ut saepe fit in nominum formatione (cf. κράνῑνος pro κρανέϊνος, ὀστῖνος pro ὀστέϊνος cet.).

Pronominis tertiae personae stirps ι vocali aucta est in universa lingua graeca, nam et in dialecto ionica et in dial. dor. et aeol. habemus σφεῖς, σφείων (cf. Apollon. de pron. 120 C et 122 C), quae a *σφε-j-ες pro **sva-i-as* cet. orta sunt; eadem ι etiam in accusativo σφεῖας ν 213 servata est. Non

mirum est, quod hujus quoque pronominis accusativus praeter σφεῖας, σφέας formas praebet, quae e sola stirpe constent; reperimus enim apud Aeoles ἄσφε α vocali praeposita, apud Dores et in homericis carminibus (Λ 111 et ω 439) σφέ.

In dativo σφίν pro *σφέ-ιν ε elisa est ut in ἁμίν, ἄμμιν.

Eandem hyphaeresin quam in ἁμίν, ἄμμιν factam esse censemus in formis dativi sing.: ἐμίν, τε-ίν, τίν, ἑ-ίν, ἵν, quae eodem suffixo *bhjam* quo ἁμίν formatae sunt. ἐμίν, τίν, ἵν enim dorica sunt, ἑίν Apollon. de pron. 106 B ex Antimachi et Corinnae carminibus affert, τεΐν in homericis carminibus et in versibus ab Herodoto (V, 60 sq.) allatis reperitur et saepe a grammaticis doricum commemoratur (cf. Ahr. II, 252 Adn.). Ahrens quidem in dubium vocat, num τεΐν doricum sit, quod nunquam in purioribus Doridis fontibus legatur; potius grammaticos homericum τεΐν doricae terminationis causa pro dorico habuisse putat. Sed Apolloni testimonium jure in dubium vocari vix potest; tum quid mirum est, quod cum τίν e τεΐν deductum sit hoc et in dorica et in epica dialecto servatum sit? Sed legitur etiam ni fallor uno loco Pindari: Ut enim in ἁμῐν, ὑμῐν cet. ι semper brevis est, ita etiam in dorico τίν (cf. Ahr. II, 253 et Peter. d. dial. Pind. 50) excepto uno loco Pind. Isthm. VI, 4: τίν ἄωτον δεξάμενοι στεφάνων. Hic ut vitetur singularis illa productio vocalis ι a nonnullis contra codicum auctoritatem τίν γ' scribitur, alii ut Ahrens defendunt τῑν; videtur autem scribendum esse soluta arsi τεΐν illud a grammaticis pro dorico traditum, quod metro non repugnat. Ita Tychone Mommsenio teste jam Erasmus Schmid hunc locum constituit. Sic omnibus locis ι vocalem terminationis dat. ιν brevem habemus, simulque demonstratum est, cum Pindarus et τεΐν et τῐν uteretur, τίν e τεΐν non alio modo nisi ε vocalis elisione oriri potuisse. Neque obstat huic sententiae, quod Theocritus saepe ἁμῖν, ὑμῖν scripsit, nam is non pura dorica dialecto usus

est, sed potius hanc rationem e vulgari lingua ascivisse videtur (cf. Ahr. II, 260), tum Apollonius (de pron. 123 B et 124 B) testatur, Dores semper ἁμῖν, ὑμῖν pronuntiasse. Cum autem Theocritus ιν terminationem pluralis numeri modo producat, modo corripiat, non mirum est, quod idem etiam τίν producit, quod ea aetate Doriensibus non jam in usu fuisse videtur.

In omnibus adhuc allatis formis, in quibus hyphaeresis facta est, semper vocalis ante vocalem posita eliditur; post vocalem autem nunquam ulla vocalis ejicitur nisi post ι vel υ, qua de re in altero capite agemus. Nisi hac quasi lege Ahrensio assentiri non possumus, qui (d. d. II, 174) Φυκός e Φυκόες et (ib. 194) Σελινός e Σελινόες correpta esse existimat. Rectius Φυκός et Σελινός ad Φυκωνς et Σελινωνς videntur revocanda esse. Nam priscae formae horum nominum sunt *Φυκο-ϝεντ-ς, *Σελινο-ϝεντ-ς, e quibus derivantur *Φυκο-ενς, *Σελινο-ενς et οε in ω contractis, ut in ἀμπελωργικά pro ἀμπελο-εργικά, λωτήριον pro λοετήριον, πρώγγυος pro προέγγυος (cf. Meister Stud. IV, 394), *Φυκωνς, *Σελινωνς. Ante duplices autem consonas νς vel ντ saepissime vocales corripiuntur, ut in δήμοτᾰς pro δημότᾱνς (cf. Ahr. II, 172, Curt. Stud. III, 385), in ἵεν, τίθεν, δίδον, ἔφᾰν, ἔβᾰν cet. pro *ἵηντ, *τιθηντ, *διδωντ, *ἐφᾱντ, *ἐβᾱντ, in ἐτράφεν, μίγεν, κόσμηθεν cet. pro *ἐτραφηντ, *μιγηντ, *κοσμηθηντ (cf. Ahr. II, 317, Gerth. „Stud.“ I, 2, 257), sic etiam e *Φυκωνς, *Σελινωνς factum est *Φυκονς, *Σελινονς, tum Φυκός, Σελινός. Eodem modo Ὀλόντιοι (cf. Hey de dial. cret. 24) non ex Ὀλοέντιοι, sed ex Ὀλώντιοι, δαμιοργός ex δαμιωργός (cf. Allen „Stud.“ III, 238) correpta sunt. Eadem ex lege etiam elucet, Curtium („Stud.“ III, 383) recte aeol. οἴκεντος, ἔρρεντος, arcad. ἀδίκεντα, ζαμίοντες cet. ad *οἴκηντος, *ἔρρηντος cet. revocasse, nam ab οἰκέοντος nullo modo derivari potest οἴκεντος. Tum in creticis formis κρατόντες, φιλόντι cet. pro κρατέοντες, φιλέοντι ε vocalis, etiamsi in his formis prior vocalis est, non est elisa, sed ο est correpta ex ω, quod accuratissime demonstrari potest.

Jam enim Ahrens (d. d. II, 212, cf. Hey d. dial. cret. 24) intellexit in creticis formis verborum in *εω εο* in *ω* contrahi, ubi syllaba vocali clauderetur, ut in *ὠνω-μένος*, in *ο* autem mutari, ubi syllaba in consonam desineret, ut in *κοσμόντες*. Et in eodem quidem titulo (C. I. 2556) habemus *ὠνωμένους* et *κρατόντες*, *πωλόντας*, *κοσμόντας*, (C. I. 2557) *εὐχαριστῶμες* et *συντελόντας*. Ubique igitur *εο* in *ω* contrahi censendum est, quod servatur ubi vocalis syllabam claudit (*ὠνω-μένους*, *εὐχαριστῶ-μες*), ante *ντ* autem corripitur in *ο*, ut in *κρατόντες* pro *κρατωντες* cet. Fortasse eodem modo formae heraclienses *κοψόντι*, *ἐπιμελησόνται* cet. ex **κοψωντι*, **ἐπιμελησωνται* ortae sunt, in quibus Meister („Stud.“ IV, 430) *ι* vel *j* evanuisse putat.

Creticae formae autem *τελέται* (cf. Ahr. II, 202) et *συντελέσθαι* (cf. Hey l. c. 23), cum in aliis formis doricis *εε* semper in *η* vel *ει* contrahatur, cum Ahrensio non ad verbum *τελέομαι*, sed ad *τέλομαι* revocandae sunt; compares *μάχομαι* et *μαχέομαι* (cf. „Grdz.“ [3] 305).

Agendum nunc est de infinitivo praes. et aor. activi.

Infinitivus praes. act. verborum in *ω* triplicem terminationem habet in variis dialectis doricis (cf. Ahr. II, 303): *ην*, *εν*, *ειν*; et *εν* quidem apud Italiotas, Cretenses (cf. Hey l. c. 23), antiquiores Delphos, Theraeos et in verbis in *ω* et in verbis contractis (cf. Ahr. II, 177) in usu erat. Vulgo *ην* et *ειν* ex *εεν* contracta, *εν* ex *εεν* alterius *ε* elisione ortum esse existimantur. Sed quomodo fieri potuit ut, si antiquior forma terminationis erat *εεν*, ne ullum quidem exemplum plenioris formae servaretur, quamquam pro *Πριανσιές*, quocum semper *φορέν* cet. comparatur, *Πριανσιέες* in eodem titulo legitur et haud paucae infinitivi formae in inscriptionibus reperiuntur? Tum quis est qui analogiam afferat, in qua duae vocales media in voce elisae sint, ut in *ποιέν* pro **ποιέεεν*? Videntur potius hae formae alio modo ortae esse. Ut enim et *αντι* et *ντι*, modo *α(ν)ται*, *α(ν)το*, modo *νται*, *ντο* usurpantur ad tertiam personam pluralis numeri significandam, sic non mirum est, quod etiam

in infinitivo duae terminationes *εναι* et *ναι* — *μεναι* enim non pertinet ad hanc quaestionem — exstent, quae, quamquam eas ex eadem prisca forma fluxisse non nego, tamen in usu sunt, quasi diversae terminationes sint, ut *αντι* et *ντι*. Habes enim *εναι* in *θεῖναι* pro **θε-εναι*, *δοῦναι* pro **δο-εναι*, *ναι* in *τιθέ-ναι*, *διδό-ναι*; nullo modo autem dici potest, *τιθέναι* esse correptum ex *τιθε-εναι*, *διδόναι* ex *διδο-εναι*. Tum in arcadicis formis (cf. Gelbke „Stud.“ II, 26) *ἰμφαίνεν*, *ἐπηρειάζεν*, *ὑπάρχεν*, in boeot. *δικάσδεν* *ν*, quod ex *ναι* correptum esse inter omnes constat (cf. Curt. de nom. gr. form. 55 sq., Schleich. Comp.[2] 426), stirpibus adjungitur, in lesb. aeol. dial. autem semper *εναι* vel *εν*. Neque enim in illis infinitivis dicere potes *εν* esse correptum ex *εεν*, cum nullum aliud exemplum ejusdem hyphaeresis aut in dial. arcad. aut boeot. aut omnino in dialecto aeolica reperiatur. Quibus omnibus ex causis apparet, in infinitivis illis doricis et praesentis et aoristi terminationem non esse *εν* sed *ν*; de hyphaeresi igitur in infinitivo verborum in *ω* cogitari non potest; haec sola statuenda est in verbis contractis *ἀνχωρέν*, *ἐπιχωρέν* pro **ἀγχωρεεν*, **ἐπιχωρεεν* cet. (cf. Ahr. II, 177, Hey l. c. 23).

*ἱαρές* pro *ἱαρέας* Ahrens (II, 174) ex tit. cyren. no. 1 affert, quae forma sine dubio errori lapicidae tribuenda est.

## § 12. IONICA QUAEDAM.

Quamquam Iones solutas formas quae dicuntur magnopere adamasse existimantur, tamen eos interdum concursum complurium vocalium et in recenti et in epica dialecto vitasse negari non potest. Primum enim in genetivo nominum in *α* terminationem *ω* pro *εω* reperimus in his formis: *Αἰνείω* *Ε* 534, *Ἀσίω* *Β* 461, *βορέω*, *Ψ* 692, *Ξ* 395, *ξ* 533, *Ἑρμείω* *Ε* 534, *Ο* 214, *ἐϋμμελίω* *Δ* 47, 165, *Ζ* 449; his homericis formis addimus herodoteas (cf. Bredow de dial. Herod. 218): *Αἰσχρέω* Hdt. VIII, 11 (Stein in ed. crit. scribit *Αἰσχραίου*), *Ἀνδρέω*, *Ἀριστέω*, *βορέω*, *Πυθέω*, *Ἑρμέω*.

Accedunt formae, quas Erman („Stud.“ V, 294 sq.) e titulis affert: Παναμύω, Πακτύω, Πακτίω, et Ἀριστέω in tit. thas. (cf. „Journal des Savants, Janv. 1872“ p. 53).

Jam a veteribus grammaticis disputatur, utrum formae homericae in ω ex εω ε vocali elisa ortae sint, quod Eustathius ad Ξ 994 vult: τὸ δὲ Βορέω Ἰωνικόν ἐστι, συγκοπὲν ἐκ τοῦ Βορέεω καθάπερ καὶ τὸ Ἑρμείω, an ex αο contractae, ut Herodianus (ed. L. II, 317, 32) suadet: βόα: βῶ ὥς Βορέαο Βορέω. Similiter recentium grammaticorum opiniones inter se differunt. Leo Meyer enim („Vgl. Gramm.“ I, 291, 308) ω ex αο contractam esse censet et omnibus locis pro εω scribi vult ω, quod his verbis defendit: „Es ist nicht wohl abzusehen, warum hier z. B. Πηληϝιάδεω mit Synizese gesprochen werden soll, das ganz ebenso gebildete Ἑρμείω aber nicht, wofür nur grammatische Spitzfindigkeit in dem dem ω vorangehenden Vocal einen Grund hat finden können.“ Sed hanc non esse subtilitatem grammaticam, sed justam observationem demonstratur exemplis jam e titulis allatis. Etiam Delbrück („Stud.“ II, 199) formas epicas in ω ex αο contractas esse putat, quae sententia a Brugmano („Stud.“ IV, 140, cf. p. 185) ita refutata esse mihi videtur, ut totam rem denuo exponere mihi non opus sit. Cum Brugmano igitur censeo genetivos homericos in ω ex εω ortos esse. Quid? Estne mirum, quod, cum in dialecto neo-ionica εω terminatio vocali antecedente in ω mutetur, jam poetarum epicorum aetate eadem lex valuit? — Sed videamus accuratius, quomodo res se habeat in dialecto neo-ionica: in hac dialecto enim genetivus nominum in α exit in εω; hujus terminationis ε elidi apud Herodotum, ubi εω jam altera ε antecederet, servari autem post alias vocales Bredow (l. c. 218) exposuit. Rectius Renner („Stud.“ I, 1, 203 sq.) formis e titulis jam allatis nisus demonstravit, hunc usum amplius progressum esse quam Bredow statuisset (cf. Erman Stud. V, 295). Et revera, cum jam in homericis carminibus et in inscriptionibus neo-ionicis εω post alias vocales in ω mutetur, cum in ipsa dialecto herodotea εω

post ε vocalem in ω corripi a Bredovio demonstratum sit, dubitari vix potest, quin in universa dialecto neo-ionica εω post cujusque generis vocales in ω corripiatur. Librarios enim pro ionico habuisse ubique quam plurimas vocales injicere, jam inter omnes constat; eorum errori igitur semper εω pro ω debetur, ut e. g. in Ἀσίεω Hdt. IV, 45 pro Ἀσίω, quod jam in homericis carminibus legimus, ut in Πακτύεω (I, 158) pro Πακτύω in tit. Myl. servato.

Eandem hyphaeresin in genetivo pluralis numeri nominum in α factam esse videmus; hae enim formae exstant (cf. Bred. l. c. 219): αἰγέων pro αἰγεέων, γέων pro γεέων, Ἡρακλέων pro Ἡρακλεέων, θηλέων pro θηλεέων, Μαλέων pro Μαλεέων, χρυσέων pro χρυσεέων, μνέων pro μνεέων, συκέων pro συκεέων. Omnibus locis Stein in ed. crit. scribit εων, quod solum rectum esse Bredow demonstravit, sic quinquies Ἡρακλέων, sexies θηλέων, tamen uno loco (I, 82) pro Μαλέων ex codicum mala auctoritate Μαλεέων recepit; scribit recte ἀδελφεῶν (III, 31, V, 80), sed γενεέων (II, 142, VI, 98), quae inconstantia, jam a Bredovio summo jure repulsa, nullo modo ferri potest. — Ceterum non solum post ε, sed etiam post alias vocales εων in ων mutatum esse, ut in genetivo singularis, mihi quidem verisimillimum est, quamquam in titulis exemplum non exstat et codices semper fere εων servant (cf. Bred. l. c. 218). Tamen ex analogia hoc concludi debet, praesertim cum eandem affectionem apud Hippocratem inveniamus. Flor. Lobeck enim in Philol. VIII, 33 exposuit, apud Hippocratem horum nominum genetivum non in εων, sed in ων exire, velut e. g. in ἐλαιῶν pro ἐλαιέων, quod fortasse in ἐλαίων mutandum est. Denique addendum est illis nominibus ἀργαλέων (Mimn. 6, 1, Bergk [3]) pro ἀργαλεέων (cf. Renner „Stud." I, 1, 203).

Omnibus igitur in his formis ε ante ων posita est elisa, nam e formis εὐμελίω cet. elucet, non priorem ε esse ejectam et e genetivis pluralis talibus qualis est ἀργαλέων ε non esse contractam cum ων. ε igitur, quamquam in genetivo pluralis accentum habet, primum synizesi cum

ω conjunctum, tum post alias vocales prorsus ejectum est.

Neque aliter eadem vocalis elisa est in formis, quae e declinatione verborum afferuntur. In homericis carminibus enim exstant hae formae (cf. Kühner gr. gr. p. 604 Adn. 3): μυθέαι β 202 pro μυθέεαι, πωλέ' δ 811 pro πωλέεαι[5]), ἐκλέ' Ω 202 pro ἐκλέεο, ἀποαίρεο Α 275, quamquam ε in aliis, ut μυθεῖαι θ 180, cum antecedente ε in ει contracta est. Ex eo autem, quod in πωλέ', ἐκλέ' non solum ε sed etiam αι vel ο ejecta est, apparet, hyphaeresin ε vocalis jam ea aetate inveterasse, qua poetae epici his formis usi sunt; nunquam enim duas vocales ejicere potuerunt. Itaque exspectandum est, in dialecto herodotea hanc hyphaeresin in omnibus ejusmodi formis perfectam esse; et revera εε semper in secunda persona imperfecti et imperativi medii in ε correptae sunt. Formae quas Bredow (l. c. 375) affert sunt hae: αἰτέο, ἀκέο, ἀναιρέο, ἀπικνέο, ἐδέο, ἐξηγέο, λυπέο, ποιέο, φοβέο, χρέο; omnibus locis etiam Stein in editione critica eandem formam sive cum codicum auctoritate sive contra eam praebet, uno ἐδέο VII, 161 excepto, pro quo ἐδέου cum codicibus scribit, sed parum recte. Nam cum tot locis correpta forma tradita sit, non video, cur putemus, in solo ἐδέο ε non esse elisam? Tum in dialecto neo-ionica εο nunquam in ου, sed semper in ευ contrahuntur (cf. Renner „Stud.“ I, 1, 180, Erman ib. V, 292 sqq.), itaque Stein ἐδέευ scriberet necesse erat, quamquam ne hoc quidem, ut jam exposui, ferri potest.

Eadem hyphaeresis etiam apud poetas sive ionicos sive alios interdum reperitur (cf. Lob. Path. El. I, 273): αἰδέο Theogn. 1331, ἡγέο in Choerili versu apud Aristot. rhet. III, 14, p. 1414, 16 et Anth. IX, 403, XII, 119, μίμεο Simon. C. fr. 29 (Bergk[3]), ὑφάγεο Theocr. II, 101, ἀνακοινέο Theogn. 73 (Bergk[3] ἀνακοινεῦ), quod non ab ἀνα-

---

[5]) Lobeck Path. El. I, 272 πωλέ' pro πωλέεαι, non pro ἐπωλέεο scriptum esse demonstravit.

*κοινόεο*, sed ab *ἀνακοινέεο* deductum esse videtur. Contra *λέξο* κ 320 cum Lobeckio non ad *λέξεο* I 617 pro **λεξε-σο* (cf. *ἐλεξάμην* I 666), sed ad **λεκ-σο* (cf. *λέκ-το* δ 451), *ὄρσ'* Δ 204 non ad **ὄρσεο* pro **ὀρσε-σο* (cf. *ὦρσε*), sed ad *ὄρ-σο* (cf. *ὦρ-το*, *ὄρ-μενος* E 590) revocanda sunt.

Jam quaeramus, utrum etiam in aliis formis verborum, quae vulgo contracta nominantur, vocalium concursus eodem modo vitetur, necne. Et huc quidem spectat secunda persona praesentis et futuri medii, hae enim formae exstant (cf. Bred. l. c. 375): *ἀποθανέεαι*, *ἀπολαμπρυνέεαι*, *διαιρέεαι*, *ἐπαινέεαι*, *εὐφρανέεαι*, *προθυμέεαι*, *φοβέεαι*; sic quidem scribi volunt Bredow l. c. et Stein in edit. critica. Perscrutemur igitur, quid viros illos doctos commoverit, ut ita scriberent. Bredow (l. c. 218) legem quandam sibi construxit, quam optime ex ipsius verbis perspicies: „E lege quadam, inquit, etiam ultra declinationes patente, nunquam duo *εε* ante *ω* vel *ο* collocari licet; . . . sed valde animadvertendum cavendumque est, ne forte haec regula etiam ad alias vocales aut diphthongos transferatur; si enim aliae litterae quam duo *εε* antecesserunt, aut aliae quam *ω* vel *ο* secuntur, nihil illa valet.“ Hanc legem secutus p. 375 de formis jam allatis haec judicat: „*φοβέαι* et id genus alia, cum non *ο* vocalis, sed diphthongus *αι* sit secuta, pro falsis corruptisque habenda et epicis poetis potius relinquenda sunt.“ Facile intelleges quae sit illa lex. Bredow enim enumerat semper omnes formas, quae in codicibus varie scribuntur — quaenam autem non varie scribuntur in codicibus Herodoti? — tum judicium facit, eam formam quae saepius legitur solam rectam esse. Ex hac ratione rejicit *φοβέαι* al. Sed causam afferre poteris, qua *εεο* in *εο* corripiantur, *εεαι* autem serventur? Estne vocalis *ο* quae *εε* ante se non patiatur et alteram *ε* ejiciat? Estne difficilius dictu *εεο* quam *εεαι*? Sine dubio illa ratione Bredow multum profecit et primus accuratius nos docuit, quae esset dialectus herodotea; sed ratione non habita originis formarum vel verae naturae linguarum, saepe eum

errare necesse erat, ut in his formis explicandis erravit. Jam antea intelleximus etiam in *ἐνδέα*, *καταδέα*, *ἀκλέα* εε ante α in ε corripi; prorsus igitur illa lex Bredovi videtur esse neganda et rejicienda.

Alio modo Stein in praef. ed. crit. p. XXXIII *φοβέεαι* cet. defendit. Illo enim praefationis loco Stein de codice Parisino verba facit et exponit quidem, codicem P. habere quaedam sibi propria, *pauca* illa quidem, sed memorabilia, nec fere laudis expertia. „Nam, pergit, praeterquam quod in orthographicis aliquanto est ceteris purgatior, quaedam ad dialectum maxime pertinentia unus recte aut certe constanter scripta exhibet." Ut hoc demonstret, primo loco formas illas affert, deinde haec profert: „cum et codicum nonnusquam fide ac consensu (*A* 39 *φοβέεαι*, *H* 50 *διαιρέεαι*, 161 *δέεαι*) et ipsa ratione (sic!) constet nec contraxisse Herodotum nec imminuisse verborum formas in εεαι a primo exeuntes, hic unus (P.) retinet vel potius redintegrat plenam terminationem in Archetypo altera ε fraudatam *A* 206 *προθυμέεαι* cet." Duo igitur argumenta Steinium movent, ut statuat, *φοβέεαι*, *προθυμέεαι* cet. esse veras formas: primum est, quod codices nonnusquam consentiunt. Sed qui est ille codicum consensus, cum tribus tantum locis eandem lectionem exhibeant, septem autem (omisit Stein *ἀπολαμπρυνέαι* *A* 41) inter se discrepent? Altera est „ipsa ratio." Quaenam tandem ratio? Equidem eam intellegere prorsus non possum. Tum cod. Parisinus ne in his quidem formis sibi constat, cum *A* 41 *ἀπολαμπρυνέαι* cum ceteris codicibus praebeat. Vereor igitur, ut a Steinio bene hoc exemplum electum sit, quo codicem Parisinum ceteris purgatiorem demonstraret. Nam, ut jam supra explicavi, nulla causa perspici potest, qua Iones εεο in εο corripuerint, εεαι autem retinuerint. Tum jam in homericis carminibus εεαι in εαι corripi coeptum est (cf. *μυθέαι*, *πωλέ'*), quae hyphaeresis in dialecto neo-ionica in omnibus formis esse perfecta videtur; atque εεο interdum in homericis carminibus, semper in dialecto neo-ionica in εο correptum esse jam supra de-

nstratum est. Itaque cum codd. Florentinis (A et C) et
gelicano (B) vel Archetypo, ut Stein dicit, ἀποϑανέαι,
οϑυμέαι, φοβέαι cet. scribendum esse censeo.

In formis adhuc e dialecto ionica allatis semper e tribus
calibus altera elisa est, sed exstant etiam formae in
mericis carminibus, in quibus duarum vocalium altera
esse videtur; et primum quidem videamus, quae
mae e verborum declinatione afferantur. Haec enim
rativa exstant (cf. Kühner gr. gr.[2] 549 f.): ἀγίνεσκον
294, καλέσκετο Ο 338, μυϑέσκοντο Σ 289, οἴχνεσκε
790, Ο 640, πωλέσκετο Δ 490, Ε 788, λ 240 pro
ινέεσκον, καλεέσκετο cet. Ex Hesiodi carminibus Förste-
um (de Hes. dial. p. 34) affert unum ῥοίζεσκε th. 835,
o quo in nonnullis codicibus ῥοίζασκε scriptum est. Ean-
m hyphaeresin in dialecto herodotea factam esse et Bre-
w (l. c. 285) et Stein (praef. LXIX) negant, quibus assen-
i non dubitamus, cum viderimus Ionas ternis quidem
calibus conjunctis offendi, binas autem semper pati. —
m legimus (υ 213) infinitivum ἀγινέμεναι, qua in forma
teram ε elisam esse contendunt. Sed dubitare possumus,
m ἀγινέμεναι ex *ἀγινεεμεναι ortum sit, cum praeter ver-
m ἀγινέω etiam ἀγῑνω in usu esse potuerit; et revera
c modo ῑ producta vocis ἀγινέμεναι optime explicatur.
inde in δῆσεν Σ 100 ἐμεῖο δ' ἔδησεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γε-
σϑαι a rad. δεϝ derivato ε esse elisam contendunt, sed
leamus, num etiam similes formae ejusdem verbi exstent:
venimus autem δῆσϑε pro δέησϑε Sophronis fr. 1 (ed.
rens); δῇ pro δέῃ Aristoph. Ran. 265, Plut. 216; Menandr.
28; in tit. Corcyr. (C. I. 1845, 138) al. Quae formae, quam-
am alii alio modo scribi volunt, velut Grashoff Σ 100
εὖ ἐδέησεν pro ἐμεῖο δὲ δῆσεν vel δ' ἔδησεν (Bekk.),
ck ad Ar. Ran. 265 δέῃ, quod synizesi monosyllabum
tum esset, tamen rectius cum Bekkero, Lobeckio (Path.
. I, 243), Meinekio servantur. Sed quaerendum est, utrum
in his formis ejecta sit, an cum η contracta: De voce
σεν E. M. 138, 8 haec habet: ἀντὶ τοῦ ἐδέησε κατὰ

συγκοπήν, quod Lobeck (l. c.) laudat; in δῆσθε autem et δῇ crasin factam esse putat, ut in ἐγχῇς pro ἐγχέῃς. Equidem intellegere non possum, quid intersit inter δῆσθε pro δέησθε vel δῇ pro δέῃ et δῆσεν pro δέησεν. Jure omnes viri docti judicarunt δέῃ esse contractum in δῇ, ut ποιέῃς in ποιῇς, ποιέητον in ποιῆτον, ἐγχέῃς in ἐγχῇς, itaque censeamus necesse est, etiam δῆσεν esse contractum ex δέησεν, praesertim cum jam antea viderimus, ε cum η facile in unam longam vocalem confluere.

E pronominibus afferenda sunt ἧμας π 372, σφᾶς E 567, σφὰς γάρ β 237 pro ἡμέας et σφέας; quae imitatus est Oppianus Hal. II, 231, Cyn. I, 471 (cf. Lehrs quaest. ep. 306); ε igitur in his formis encliticis ejecta est ut in ἐμός cet.

Restat ut de homerico νηγάτεος agamus, in quo ε ante η elisam esse contendunt. Jam Buttmann (lexilog. I, 203) intellexit νη-γάτεος pro νεή-γατος usurpatum esse et eodem modo formatum quo νεη-γενής; sed quod addidit, ε esse transpositam, ita ut pro νεηγατος νηγάτεος scriberetur, hoc prorsus negandum est. Potius νη-γάτεος a *νεη-γα-τεο-ς derivatum est, ut Curtius in scholis suis exposuit: nam etiam aliis in vocibus forma similem in modum amplificata cum breviore alternat, ut λοχεός et λόχος (Hes. th. 178), βρότος et βρότεος τ 545, Hes. opp. 416, ὕστατος et ὑστάτιος, λοῖσθος et λοίσθιος (cf. „Grdz.“[3] 626). Νεη- autem in νη- mutatum est, sed ε esse elisam vix dici potest, cum jam saepe intellexerimus (cf. θεουδής, δῆσεν), ε cum η facile in unam longam vocalem confluere, quod in hac quoque voce esse factum videtur. Ejusdem stirpis νε-ο ε videtur evanuisse in ν-οσσός pro νεοσσός, sed addubitatur a Lobeckio ad Phryn. 206.

## § 13. VARIA QUAEDAM.

In participiis verborum, quorum stirpes in vocalem exeunt, ab Atticis vocalis stirpis semper ante terminationem ejicitur. Sic habes (cf. Curt. „gr. Schulgr.“ § 317) hom.

*βεβα-ώς*, ion. *βεβε-ώς* (cf. Bred. 398), att. *βεβώς*, *γεγα-ώς*, *γεγε-ώς*, *γεγ-ώς*, *ἑστα-ώς*, *ἑστε-ώς*, *ἑστ-ώς*, *τεθνε-ώς*, *τεθν-ώς*; *ε* autem in his formis non esse contractam, sed elisam vel ut rectius dicam evanuisse, demonstratur neutro *ἑστ-ός* pro *ἑστε-ός* cet. (cf. Kühner, gr. gr. 564).

*ἐννέα*, *ἔνατος*; in nomine numerali *ἔνατος* *ε* esse ejectam et *ἐννέα* voce et linguis cognatis (cf. skt. *návan*, lat. *novem*) comprobatur.

*καιροσέων* *η* 107 ex *καιροεσσέων* *ε* elisa ortum esse contendunt. Quod nullo modo fieri potest, cum secunda vocalis nunquam elidatur nisi post *ι* vel *υ*, praeterea origo hujus vocis prorsus ignota est.

*κρωδαίτης· ὁ δαιτρός* (Hes.) a M. Schmidtio vix recte in dubium vocatur; nam quamquam in Poll. VI, 34 et VII, 25 *κρεωδαίτης* legitur, tamen in aliqua dialecto *κρωδαίτης* (cf. *ἑστώς*, *βορέω*) pro *κρεωδαίτης* exstare potuit, quod Hesychius invenit et nobis tradidit.

*κτάτεσι· κτήμασι* Hes. aperte pro *κτεάτεσι* (cf. Lob. Path. El. I, 244).

## Caput II.

### DE VOCALIBUS POST VOCALES EJECTIS.

Jam cum enumeraverimus eas formas, in quibus vocalis ante vocalem excidit, sequitur ut eam hyphaeresin paucis absolvamus, quae post aliam vocalem fit. Quae hyphaeresis nunquam nisi post *ι* vel *υ* vocales fit. Jam antea haec lex nos docuit, in nonnullis formis (cf. *Φυκός* cet.) non elisam esse ullam vocalem, sed eas alio modo exortas esse; et revera nescio, qua forma demonstrare possis, hanc legem non esse justam. At in *ἦ* pro *ἠέ*, *ἤ* pro *ἤε* *ε* elisa est! Sed qua de causa? Estne etiam in *τιμῆντα* pro *τιμήεντα* *ε* ejecta? — Quo modo id fieri potest? Nam cum jam saepe ex-

plicaverimus et recte ni fallor, hyphaeresin paullatim fieri, non video quo alio modo post longam η ε evanescere possit, nisi cum η in unam longam vocalem confluat, i. e. cum η contrahatur. Ut igitur λᾶας in λᾶς, ἥρωα in ἥρω, ἀεργός in ἀργός, sic ἦε in ἦ, ἠέ in ἤ, τιμήεντα in τιμῆντα (cf. Buttm. gr. gr. § 41 Adn. 15) contrahi censendum est. Neque aliter λα- ex λαο- ortum est in Λαδικεύς, Λακράτης, λατόμος pro Λαοδικεύς, Λαοκράτης, λαοτόμος, in quibus ε ejectam esse Lobeck Path. El. I, 304 non recte suspicatur.

Ipsis in formis enumerandis, ubi vocales post ι vel rarius post υ elisae sunt, opus esse videtur, totam materiam in duas partes dividere et primum quidem de hyphaeresi vocalis ο, tum de vocalis α agere. Sed priusquam mediam in rem veniamus, etiam monendum est, me non id agere, ut omnes formas enumerem, sed eas tantum, quibus facile intellegas, quae sit natura hujus hyphaeresis.

## § 14. DE HYPHAERESI VOCALIS *ο*.

Graeci non amasse videntur ι vocalem inter vocales pronuntiare, itaque modo ipsam illam ejiciünt, modo eam vocalem quae sequitur. Composita enim in confinio verborum non solum ο ejiciunt, si posterior vox a vocali incipit (cf. § 9), sed ne ante consonas quidem eam servant, si ο vocali diphthongus in ι vel simplex vocalis ι antecedit, quod ex his exemplis intelleges: Ἀξί-θεος pro *Ἀξιό-θεος (cf. Lob. Path. El. I, 305; Benseler „Wörterb. d. gr. Eigenn." hoc nomen non praebet), Ἀσκληπι-γένεια pro *Ἀσκληπιο-γένεια (cf. Ἀσκληπιόδοτος, Ἀσκληπιόδωρος), δεξιτερός hom. pro *δεξιότερος, Δηΐ-φοβος, Δηΐ-λοχος, Δηΐ-φονος, quae cum stirpe adjectivi δήϊος composita sunt (cf. „Grdz."[3] 472), ἐρι-πόλοι lanificae, quo Simonides usus est pro ἐριο-πόλοι (cf. Lob. Path. El. I, 304, Herod. ed. L. II, 251, 10), ζεί-δωρος pro ζειό-δωρος, quod Lobeck (l. c.) non recte ex ζεό-δωρος contractum esse censet. Sed cave ne δικτυ-βόλος, δακρύ-ρροος cet. ex *δικτυο-βολος, *δακρυο-ρροος

orta esse putes, quae potius cum stirpe δικτυ, δακρυ composita sunt (cf. G. Meyer Stud. V, 89). — Deinde *ο* elidi videtur in ταλαί-πωρος pro *ταλαιό-πωρος, μιαί-φονος pro μιαιό-φονος, Ἀλθαι-μένης pro Ἀλθαιο-μένης (cf. Curt. Stud. III, 192), quae Clemm de compos. 10 alio modo explicat; neque servatur *ο* in patronymicis a nominibus in ιος derivatis (cf. Angerm. Stud. I, 37), ut Ἐρεχθονί-δαι ab Ἐρεχθόνιος, Κλυτίδης a Κλυτίος cet.

Tum *ο* modo ejicitur modo servatur in comparativis et superlativis (cf. Kühn. gr. gr. 431): γεραί-τερος, γεραιό-τερος, παλαί-τερος, παλαιό-τερος, σχολαί-τερος, σχολαιό-τερος cet.[6]). His addenda sunt ni fallor comparativa et superlativa, in quibus *αι* pro *ο* positum esse vulgo contendunt, ut ἡσυχαί-τερος ab ἥσυχος, μεσαί-τατος a μέσος, ἀσμεναί-τατα, εὐδιαί-τερος, ἰδιαί-τερος, ἰσαί-τερος cet. (cf. Kühn. l. c.), quae ab adjectivis in αιο-ς videntur esse derivata *ο* vocali ut in γεραίτερος elisa.[7])

Jam igitur quaeramus, quo modo *ο* in his compositis ejiciatur; utrum haec vocalis paullatim evanescat, an in compositis formandis jam ab initio elisa sit, ut in compositis, quorum altera pars a vocali incipit? In homericis carminibus legimus semper γεραί-τερος, παλαί-τερος, in dialecto attica modo γεραί-τερος, modo γεραιό-τερος; formae igitur *ο* vocali carentes sunt priscae, eae autem quae *ο* retineant recentes, qua ex re concludi non potest, *ο* ab Homero metri

---

[6]) Non recte Hartel („Zeitschr. f. österr. Gymn." 1871, p. 606) γεραί-τερος, σχολαί-τερος cet. ad puras stirpes γεραι, σχολαι revocat, nam quae sint stirpes in *αι* intellegi non potest. Eodem loco ἀσμενέσ-τατα, ἐρρωμενέστερος cet. e puris stirpibus ἀσμεν, ἐρρωμεν cum -εστε-ρος composita esse censet, quae potius ab adjectivis in ες ἀσμεν-ες, ἐρρωμεν-ες derivata sunt.

[7]) Hartel quidem haec comparativa et superlativa cum locativis casibus composita esse censet, qui locativi in ὁδοιπόρος, Πυλοιγενής, Θηβαι-γενής cet. exstent; sed aliud est locativos casus in compositis vel puros ut in aeol. μέσσοι cet. servari, aliud a locativis alia nomina derivare, quod nullo modo fieri potest.

causa esse elisam, posteriore aetate autem restitutam. Potius *ο* ab initio elisa esse videtur, ut major concursus vocalium vitetur, ut in compositis illis jam allatis, e. g. *δημ-αγωγός* pro *δημο-αγωγός*. Posteriore aetate nonnulli auctores rectius comparativum *γεραιό-τερος* ab adjectivo *γεραιό-ς* servata *ο* formare censuerunt, analogiam ceterorum comparativorum, quae ab adjectivis in *ο* derivata sunt, secuti. Sic optime demonstratur, quare nunquam **ἡσυχαιότερος* scriptum sit; nam cum adjectivum **ἥσυχαιος* jam diu periisset, **ἡσυχαιο-τερος* scribi non potuit, sed servata est prisca forma.

Item in ceteris supra allatis *ο* ab initio elisa esse videtur, quamquam post simplicem *ι* vocalem haec hyphaeresis non semper facta est (cf. *Ἀσκληπιγένεια*, sed *Ἀσκλη-πιόδοτος*).

Jam veniamus ad *nomina simplicia*, in quibus *ο* post *ι* vel *υ* elisa est, et primum agamus de nominibus propriis in *ιος* et *ιον*, quae in *ις* et *ιν* corripiuntur, ut e. g. *Διονύσιος*, *Ἐλευθέριον* in *Διονῦσις* et *Ἐλευθέριν*. Hanc totam rem accuratissime tractavit Benseler in Stud. III, 169, cui explicationi nihil habeo quod addam; tamen ei assentiri non possum in eo, quod nomina in *ις* et *ιν* contracta esse dicit ex *ιος* et *ιον*. Contractio enim, quae propria dicitur, ab hac re prorsus aliena est, cum *ι* vocalis in *ις* et *ιν* semper correpta sit. Potius haec correptio ita videtur effecta esse, ut *ι* sequentem *ο* vocalem quasi corrumperet, ut *ο* fieret vocalis irrationalis et sic paullatim evanesceret.

Idem fieri censendum est post diphthongos in *ι* in multis aliis vocibus, e quibus e. g. haec affero exempla: *οἶμαι* pro *οἴομαι*, *ᾤμην* pro *ᾠόμην*, *πλεῖν* part. pro **πλεῖον*; his nuperrime *δεῖν* pro **δεῖον* (*δέον*) addidit Usener in Fleckeis. Ann. vol. 105, p. 741 sqq. Non recte autem Usener *κεῖμαι* affert, quod ex **κείομαι* correptum esse putat, nam eodem jure *δείκνυμι* ex **δεικνύωμι* derivatum esse diceret, quae sententia falsa et inaudita esset. Ceterum graeco *κεῖται* ad amussim respondet sanscritum *çêtê* ex rad. *çî* ortum.

## § 15. DE HYPHAERESI VOCALIS *α*.

Eisdem fere locis atque *ο* eodemque modo *α* vocalis evanescit. Et primum quidem jam Herodoti aetate nomina propria in *ιας* corripiuntur in *ις* (cf. Benseler l. c.). Tum in compositis *α* ejecta est, ut in *Δεκελεικός*, *Δαρεικός*, *κεραμεικός* pro **Δεκελειακός*, **Δαρειακός*, **κεραμειακός* (cf. E. M. 240, 40 et Lob. proll. 320). Sed nescio an nunquam *Δαρειακός* cet. in usu fuerit et potius adjectiva illa sine *α* ab initio formata sint, ut vocalium concursus vitaretur. Post simplicem *ι* *α* elisa est in *μυστηρῐκός* Ar. Ach. 747 pro *μυστηριακός*, cf. Lob. Path. El. I, 226. Deinde patronymica a nominibus in *ιας* derivata, ut *Ζευξί-δης* a *Ζευξίας*, videntur correptas formas praebere, nisi rectius cum Angermanno (Stud. I, 37) a primitivis jam concisis *Ζεῦξις* cet. derivata esse putas.

Non mirum est, quod lingua jam senescente etiam in nominum declinatione *α* post *ι* vel *υ* ejicitur, ut in *πόλῑς* pro *πόλιας*, *νέκυς* pro *νέκυας* cet., cf. Lob. Path. El. I, 232 sq., ubi omnes ejusmodi formas quae exstant enumeratas invenies. — Sed valde cavendum est, ne huic quoque hyphaeresi majores fines tribuas: sic e. g. substantiva *ληΐς*, *δμωΐς*, *Ναΐς* neque ex *ληιάς*, *δμωιάς*, *Ναιάς* correpta sunt, neque *ληιάς* cet. ex *ληίς* pleonasmo *α* vocalis orta, ut Lobeck Path. El. I, 405 putat. Potius *ληίς* pro **λη-ιδ-ς* (cf. „Grdz.“ [3] 338), *Νηίς* (*Z* 22, *Ξ* 444, *Y* 384) pro **Νη-ιδ-ς* cum suffixo *ι* vel *ιδ* formata sunt, *ληιάς* autem et *Νηιάς* (*ν* 105, 348, 356 et Ap. Rh.) — *δμωιάς* a Quinto Sm. 3, 684; 9, 341 ex analogia vocum *ληιάς*, *Νηιάς* formatum videtur — cum suffixo *ια-δ* (cf. „Grdz.“ [3] 298).

## §. 16. EA QUAE EX ANTECEDENTIBUS COLLIGENDA SUNT.

Liceat mihi paucis comprehendere, quae hac disputatione demonstrare studuimus:

1. In nominibus, quorum stirpes olim in ϝ j σ consonas exierunt, saepe consonis elisis vocales stirpis non contrahuntur cum vocalibus terminationum, sed eliduntur, id quod praecipue in nominibus in *-ε-ες*, *-ο-ο-ς*, *-ε-ο-ς* factum est.

2. Cavendum est, ne huic legi majores fines tribuas, cum saepe, ut in correptis formis nominum in *ας*, in adverbiis in *α* (*ὦκα*) cet. breviores stirpes statuendae sint.

3. In quibusdam pronominum formis (*ἐμαυτοῦ*) saepe vocales eliduntur.

4. Eadem hyphaeresis initio nonnullorum vocabulorum facta est (ion. *ὁρτή*).

5. Et in compositis et in nominibus derivatis vocales stirpium finales ante sequentes vocales exploduntur (*στρατηγό-ς*, *ἥδ-ιον*).

6. Dores in infinitivo verborum in *εω* alteram *ε* ejiciunt, interdum etiam in nominum et pronominum declinatione duas vocales non contrahunt, sed alteram elidunt; hyphaeresis autem statui non potest in pronominibus *ἁμές*, *ὑμές*, *ἅμμες*, *ὕμμες*.

7. Neo-Iones neque in nominum neque in verborum declinatione patiuntur, tres vocales duras collidere, sed semper alteram ejiciunt (*φοβέαι*), quam correptionem jam in homericis carminibus fieri coepisse intelleximus.

8. Post *ι* et *υ* saepissime vocales ejiciuntur (*παλαίτερος*).

---

# DE DIECTASI HOMERICA

## IMPRIMIS VERBORUM IN -*ΑΩ*.

---

SCRIPSIT

**BERNHARDUS MANGOLD**

DARMSTADINUS.

## Caput I.

### EA QUAE AD EXPLICANDAM DIECTASIS NATURAM ADHUC PROLATA SUNT A VIRIS DOCTIS RECENSENTUR.

Homericae dialecti eam anomaliam, qua multis in vocibus, si quidem eas cum formis attico sermone probatis comparamus, longae vocali vel diphthongo brevis vel longa ejusdem generis vocalis sive praefixa sive subnexa esse videtur, multi et docti homines cum antiquitatis tum hujus saeculi explicare conati sunt. Quorum illi quidem, qui perversis de linguae natura opinionibus devincti ex attico sermone omnia explanare voluerunt, ut in ceteris ejusmodi quaestionibus fere omnibus, ita in hujus anomaliae natura definienda non errare non potuerunt. Hujus vero aetatis philologi, postquam duorum imprimis virorum illustrium studiis meritisque, Francisci Boppi et Jacobi Grimmi, ad sanum judicium de linguae natura atque indole perducti sunt, ut omnino homericae dialecti quae esset condicio magis magisque cognoverunt, ita etiam in ea, de qua nunc agitur, anomalia explicanda multum profecerunt. Sed variae a viris doctis et quam maxime inter se discrepantes de ea re explicationes prolatae sunt; immo ita caecutire etiam hoc tempore potuerunt nonnulli, ut futiles veterum sententias amplecterentur: quare haud inutile fore putavi, in eam anomaliam, quam vulgo diectasin appellant, denuo inquirere. Qua inquisitione etsi — quod tam saepe in his quaestionibus difficillimis accidit — non ad eum finem perveniemus, ut affirmare possimus, jam nullum locum datum esse dubita-

tionibus: rei difficultati cedendum erit, dummodo omnium rationibus quasi in uno conspectu positis accurateque examinatis nostram sententiam majorem habere probabilitatem quam ceterorum demonstrasse videamur.

In hoc vero examine, ut par est, ab antiquitate exordior, quamquam ad diectasis naturam bene intellegendam eam nihil valere jam indicavi. Illorum autem temporum grammatici cum in aliis vocibus, e. g. in *φόως*, *θόωκος*, *θέειον*, tum in verbis contractis in *-αω* desinentibus diectasin agnoverunt: sed alii aliter illas formas explicare conati sunt. Ut explicationes minus tritas omittam — velut Eustath. 30, 40, qui *παρενθέσει*, schol. Hes. Opp. 179, qui *προςθήκῃ* illas verborum formas e contractis factas, schol. *Ξ* 229, qui *Ἀθόω* vocem *παρεκτάσει ποιητικῇ* ex *Ἄθω* dilatatam esse vult, — duplex anomaliae traditur definitio: modo enim pleonasmus poeticus, modo diaeresis vel **dialysis** vocatur.

Atque primus audiendus est Herodianus (cf. Lentz. praef. XCIII). Is ad vocabulum *φόως* explicandum haec profert (II, 307 L.): *πλεονασμὸν ἔπαθε τὸ φόως ἢ διαίρεσιν; καὶ τί διαφέρει διαίρεσις πλεονασμοῦ; ὅτι ὁ μὲν πλεονασμὸς τὸν οἰκεῖον τόνον φυλάττει, ὥρων ἑώρων, ἥνδανε ἑήνδανε· τὸ δὲ φόως ἐπειδὴ τὸν οἰκεῖον τόνον οὐκ ἐφύλαξεν, δηλονότι διαίρεσιν ἔπαθεν.* Cf. etiam II, 49 (schol. ad *E* 256), 62 (ad *Θ* 557), 104 (ad *P* 65), 142 (ad *ε* 129), 144 (ad *ε* 377), 308 (ad *E* 326). Ejusdem doctrina commemoratur in E. M. 614, 34 (II, 172 L.), quacum consentiunt Steph. Byz. 404, 5 (II, 308 L.), E. M. 637, 39 (Lob. Rhem. 187).

Sed Herodianus, solius accentus illorum vocabulorum ratione habita praeque eo ceteris omnibus neglectis, minus bene *διαίρεσιν* illam anomaliam dicit: hac enim notione a ceteris alia quaedam anomalia significabatur (cf. Lob. Rhem. 188), scilicet ea, qua longae vocales vel diphthongi duarum vocalium complexione ortae in singulas rursus vocales dissolvebantur, e. g. *δέελον* diaeresi ex *δῆλον*

factum (schol. *K* 466) ex Aristarchi opinione (Lehrs. Arist.[2] 315), multa alia. Qua de causa Herodiani regulae obnititur schol. *μ* 417: *θεείον· εἴ γε ἀπὸ τοῦ θείον διαίρεσις, διὰ τί τὸ θεείον διὰ διφθόγγου; φαμὲν ὅτι πλεονασμός ἐστι τοῦ ε, ὡς εἷς ἕεις.* Quocum consentientes plerique verborum in *-αω* quoque anomaliam *πλεονασμόν* vocant, velut schol. *A* 104, *Δ* 1, E. M. 633, 12 (*ἀπὸ τοῦ ὁράοιτε ὁρῷτε καὶ πλεονασμῷ ὁρόῳτε*), 178, 33. 452, 50 (cf. Lob. l. c.), 113, 49. 347, 9. 220, 9. Choer. 294, 18 (II, 309 L.), cui assentitur Lob. El. II, 122, denique auctor epimer. I, 14 (II, 307 L.), qui haec addit: *καί ἐστι τὸ μὲν ἓν ᾱ πρὸ τέλους βραχύ, τὸ δὲ ᾱ τὸ ἐπὶ τέλους μακρόν, ἐπειδὴ κανών ἐστιν ὁ λέγων, ὅτι πᾶσα συλλαβὴ πλεονάζουσα βραχυτέρα θέλει εἶναι τῆς ἐν ᾗ πλεονάζει συλλαβῆς.*

Eodem fere modo de pleonasmo vel simili quadam affectione ei, qui Homerum imitantur, cogitasse videntur. Anxie vero — quod quidem pertinet ad verba in *-αω* — in eis tantum formis pleonasmum admittunt, in quibus etiam Homerus putabatur eum admisisse. Scilicet ea tantum condicione apud hunc diectasis usu venit, ut posterior e duabus vocalibus aut natura aut positione longa sit. Pauca sane apud posteriores inveniuntur, quae hos regulae fines migrent: Quint. 1, 420 *ὁράᾱτε*, Oppian. Cyn. 3, 67. Orph. fr. 2, 12 *εἰσορά̆ᾱται*, Nic. Al. 221 *βρυκανάᾱται*, Sibyll. 5, 125, 171 *μηχανάᾱται*, Secund. in Brunck. Anal. III p. 5 *ἐξελάᾱτε* (cf. Lob. Rhem. 184 sq.). Praeterea nonnullarum formarum scriptura apud illos non eadem est quae nostrorum Homeri exemplarium. Cum enim in his, si prior vocalis *ω* producta sit, altero loco *ο* scribatur, apud illos modo *ο* modo *ω* invenitur: ita apud Apollonium legitur *μαιμώωντες* 4, 219, *μαιμώωντι* 4, 1544, *μενοινώωντας* 4, 1255, sed *ἀμώοντας* 3, 1187; apud Oppianum *αὐδώωνται* Hal. 1, 378. 776, *ὁρμώωνται* 1, 598, sed *μαιμώοντας* 4, 93. 5, 375, *πεινώοντα* 5, 50, *συνηβώοντας* 5, 471; apud Manethonem *λυσσώοντες* 1, 244; apud Quintum *μαιμώωντες* 1, 177. 2, 110. 454. 4, 241. 342. 5, 271. 6, 194. 478. 8, 46. 13, 79, *μαιμώωντι* 1, 620.

2, 213. 286. 3, 307. 6, 460. 7, 99. 525, *ἡβώωντι* 2, 328, *μαιμώωντα* 3, 20. 6, 217. 10, 103. 11, 475, *μαιμώωντας* 10, 113. 14, 16, *λιχμώωντες* 5, 40. 6, 200. 12, 458, sed *μνώοντο* 8, 359. 11, 128. 164.; in Orph. Argon. *μαιμώοντες* 419, *μνώοντο* 625; apud Dionys. Per. *μαιμώωντο* 1156; in Nonni Dionys. *ἡβώοντα* 2, 649, *διψώοντες* (*διψώωντες* Graefius, ut solet, v. Köchl. Comm. crit. p. LVII) 13, 265. 17, 114, *λιχμώοντες* 22, 30, *λιχμώοντας* 32, 140, *ἡβώοντας* 24, 188, *αὐχμώοντα* 26, 108. 35, 119. 47, 153, *λυσσώοντι* 30, 56. 40, 87, *ἀμώοντα* 35, 267; apud Tzetz. *μαιμώωντα* Hom. 103. Has vero formas illi non sine auctoritate scripserunt. Est enim paucis Odysseae locis nonnullorum librorum scriptura *ἡβώωντες* *κ* 6, *γελώωντες* *σ* 111 et *υ* 390 (v. La Roche); atque ex hoc scholio ad *I* 446: *ἡβώοντα· οὕτως διὰ τοῦ ω καὶ ο αἱ Ἀριστάρχου* colligitur, fuisse qui etiam apud Homerum *ἡβώωντα* scriberent. Quos apparet non *ο* pleonasmo subnexam vocali *ω*, sed *ο* praefixam (ut in *ὁρόωντα*) atque tum productam esse putavisse; qua ratione etiam *ἡβώωσα* ortum esse videtur scholiastae ad *δ* 1.

Adeo autem illi poetae vetusto colore pellecti distractas formas adamarunt, ut, cum contractarum formarum numerus apud Homerum aliquantulum (si quidem 241 *ηὔδα* non numeramus), in hymnis homericis autem et apud Hesiodum plus duplo major sit quam distractarum, apud Apollonium et Quintum e contrario harum numerus fere triplo, apud Aratum et Oppianum quadruplo, apud Nonnum sextuplo major sit quam contractarum, immo apud Nicandrum triginta sex exempla diectasis, unum tantum contractionis inveniantur.

Ex eis qui his temporibus diectasis naturam explanare studuerunt, I. Bekkerus in Homeri editionis Wolfianae censura („Jen. A. L. Z. 1809“ = „Hom. Bl.“ I, 46 sqq.) eam esse naturam anomaliae sibi persuasit, ut longae vocali contractione ortae brevis vel, si metrum flagitaret, longa ejusdem generis quasi quaedam anacrusis anteponeretur. Eodem fere modo Buttmannus gr. gr. § 105, adn. 4

diectasis notionem definivit, in eo sane aliquantum progressus, quod et diserte docuit, non metri causa ubique poetas talia formare solitos esse, sed vocali tantum contractione ortae brevem vel longam ejusdem generis anteposuisse (Lexil. II, 105), et bene intellexit, non in omnibus verborum in *-αω* formis diectasin admitti; sed quod *ᾱ* ante *τ* distrahi non posse in *αᾱ* contendit in Lexil. I, 9. 129. 300, erravit; nam apud Hesiodum quidem Opp. 241 invenitur conjunctivus *μηχανάᾱται* (pro *μηχανάηται*), e Buttmanni disciplina e *μηχανᾷται* distractus. Praeterea immerito idem *ἄαται* Hes. Sc. 101 mutavit in *ἆται* (Lexil. I. c., gr. gr. I, 497); sed dubito, cum Göttlingio „Allg. I·· /. gr. Acc.“ 99 sq. ex *ἄεται* assimulatione i. e. secundum Buttmannum distractione factum, an cum Sonnio K. Z. XIII, 418 ab *ἄαμαι* (*ἄϝαμαι*, ut *ἔραμαι*) derivatum esse credam.

His statim adjungi oportet La Rochi sententiam, qui, quamquam per decem lustra multi et summi homines docti acriter studuerunt, ut lux fieret in rebus grammaticis atque sana linguae cognitio invalesceret, tamen luce spreta in veterum illas tenebras praecipitat docetque haec „Hom. Textkr.“ 310: „bei den Verbis auf *-αω* tritt regelmaessig Contraction ein und wird dem durch Zusammenziehung entstandenen langen Vocal der gleiche, einerlei ob lang oder kurz, vorgeschlagen oder nachgesetzt.“

Item Herzogius „Bildungsgesch. d. gr. u. l. Spr.“ Lps. 1871 p. 146 in antiqua doctrina perseverat, neque minus Westphalius „Method. Gr.“ II, 84, quod satis mirari non possum, quoniam ipse antea „Griech. Metr.“ I, 67. 281 acerrimus poeticae istius licentiae castigator exstitit („die Poesie hat sich so wenig erlaubt, die Quantität des Vocals zu ändern, wie die sonstige Form des Worts und der Flexionsendungen umzugestalten“).

Haud opus esse puto hanc sententiam argumentis refutare, cum hodie periti fere omnes eam reprobent et spernant. Atque ego, etiamsi Homero omnia licita fuisse in syllabis producendis vel corripiendis concedendum esset,

tamen distractione illa eum non minorem risum moturum fuisse Graecis credo, quam nobis nostros si dixissent:

„Seiei gegrüsst, o Beerg, mit rööthlich strahlendem Gipfel“
vel „Haabe Stadt und Strasse niie so still geseehen.“

Hi omnes igitur mira illa veterum de vocalibus divulsis doctrina se liberare non potuerunt. Liberavit vero sese Goettlingius „Allg. L. v. gr. Acc.“ 97 sqq., qui primus cogitari non posse de poetica licentia, sed ita accipiendas esse formas illas, ut assimulatione vocalium et εὐχετάεις in εὐχετάᾳς et ὁράοντα in ὁρόωντα mutata esse putaremus, optime atque diserte edocuit. Quam assimulationem si agnoscimus, non possumus, quin ὁρῶ ex ὁρόω ortum neque, id quod voluerunt veteres et recentiorum quos nominavi, ὁρόω ex ὁρῶ distractum esse putemus.

Hanc viam a Goettlingio egregie munitam plerique ingressi etiam longius progredi potuerunt, de quibus priusquam referam, ceterorum opiniones, qui quidem aliis viis ad cognitionis veritatem se perventuros esse putabant, examinandae atque recensendae sunt.

Ac Mehlhornius gr. gr. 94 quidem quamquam distractionis nomen („Zerdehnung“) a Buttmanno, quod sciam, inventum ipse servat, aliter rem sibi fingit atque ille. Habet enim haec: „sie (sc. vocales) sind beide flüssig, beide möglicherweise lang oder kurz, und der ganze Prozess ist zwar merkwürdig genug, aber doch gar nicht unnatürlich bei einem Dichter, der so frei über die Vocallängen schaltet. Hier ist nämlich weiter nichts, als eine bis zu zwei Sylben gesteigerte Verlängerung.“ In quibus mire sibi ipse obloquitur: initio enim enuntiationis de duabus vocalibus, in fine de una valde producta verba facit. Ita autem Mehlhornius anomaliam explicandam censuisse videtur: longam vocalem contractione effectam adeo produci posse a poeta, ut trium vel quattuor morarum vice fungeretur. Ad eandem fere sententiam pervenit Sonnius, qui K. Z. XIII, 414 sqq. subtilibus sane atque sagacibus de diectasis natura con-

jecturis prolatis[1]) summam disputationis his complectitur p. 417: „Was man daher als epische diectasis, distraction, zerdehnung darzustellen pflegt, reduciert sich unserer meinung nach auf den metrisch-orthographischen ausdruck der weise, wie je nach der grundform die contractionssilbe zwischen drei und vier moren schwankt.“ Sunt vero certissima argumenta, quibus haec Mehlhorni et Sonni sententia plane refellatur.

Nam ea de re, quod interdum fit in carminibus melicis modorum musicorum vi, ut syllaba ad trium morarum mensuram usque producatur, concludere apud epicos quoque huic productioni locum esse datum audacius est. Immo ne concineret quidem haec homerica productio cum illis melicorum. Apud eos enim cum semper syllaba illa valde producta ab arsi incipiat, tum ad thesin defluat, apud hunc e contrario plerumque (e. g. in *ὁρόωντα*) a thesi incipit, tum ad arsin effertur. Sed, ut talem productionem fieri posse concedam, in versibus heroicis factam esse sine ulla dubitatione nego. Nam profecto nullo modo syllabis istis inductis stare potest rhythmus. Qui enim claudi potest hexameter his syllabis ‒ ⏑ —— ⏑? Ita nimirum comparatus esset finis multorum versuum, e. g. *Z* 322: *τόξ᾽ ἁφῶντα*, *H* 214 *εἰςορῶντες*, *ϑ* 561 *ἐκπερῶσιν*, *ο* 456 *ἐμπολῶντο*.

Porro quid de his versibus dicemus?

*Γ* 43: *ἦ που καγχαλῶσι κάρη κομῶντες Ἀχαιοί*

*H* 448: *οὐχ ὁρᾷς, ὅτι δ᾽ αὖτε κάρη κομῶντες Ἀχαιοί*

---

[1]) Quod linguam cum rerum natura in materia transformanda nullam atomum amittente comparat, ei adstipulari non possum. Ea enim maxima est differentia, quod, cum in naturae progressione nihil amittatur, linguae progressio eo potissimum fit, ut a pristinis formis aliquid et rursus aliquid dematur atque oblitteretur. Ea vero causa est haud levissima, qua adigamur, ut linguarum disciplinam non physicis, sed historicis, ut ita dicam, disciplinis adnumeremus. Itaque si longa vocalis cum alia longa vel brevi contrahitur, non existit vocalis longior quam longa, sed una longa. Praeterea immerito Sonnius contendit *ὁρῶντο* et *ὁρᾶσϑαι* aliquid amisisse: et ante et post contractionem duae sunt morae: *ὁράοντο, ὁράεσϑαι* — *ὁρῶντο, ὁρᾶσϑαι*.

*μ* 95: αὐτοῦ δ' ἰχθυᾷ σκόπελον περιμαιμῶσα.

Quis est, qui in his versuum monstris etiam hexametros agnoscat?

Tum vero cur illae tantum vocales trium morarum mensuram servarunt? quidni etiam aliae? Nempe *η* et *ῳ* semper contractione quadam trium morarum sunt effectae; quidni ergo *λυέῃ*, *νικησέῃ*, *ὀφδέῃ*, *ἀνθρωπόῳ*?

Mehlhorni et Sonni sententiae cum jam dudum (illius a. 1845, hujus a. 1864) publici juris factae sint, miror, quod Bertholdus Suhlius, qui nuperrime a. 1872 diectasis naturam explicare studuit, libellum suum inscripsit: „eine neue Erklärung der sogen. epischen Zerdehnung.“ Videas quam sit eadem haec nova explicatio ac Mehlhorni Sonnique: „Der durch Contraction entstehende Eine ganz lange Vocal reicht bei Homer nicht nur für die nur acutische Länge fordernde Arsis, sondern auch noch für die halbe und wenn Position hinzutritt für die ganze Thesis dazu aus.“

Quae igitur de vocali ista valde producta contra Mehlhornium et Sonnium protuli, contra Suhlium quoque disputata sunt. Sed aliter hic sententiam suam stabilire conatus est atque illi. Differentiam enim intercedere contendit inter longas vocales acutas et circumflexas eam, ut e. g. *τὸ κῆρ* longiorem haberet *η* quam *ἡ κήρ*, *εἶς* longiorem *ει* quam *εἴς*. Quam sententiam (primum prolatam in ejus gramm. gr. in us. schol. ed. Lps. 1870, p. 3) facere non possum quin perversissimam censeam. Cum rationes ad comprobandum decretum suum nullas nobiscum communicarit, refutare supersedere potuissemus. Sed cum verendum sit, ne pro falsis de accentu graeco opinionibus pervulgatis Suhli ista differentia multis arrideat, paullo diutius in ea mihi commorandum esse putavi.

Ac primum quidem — ut omittam, veteres de istiusmodi differentia nihil compertum habuisse — magno in errore versatur, qui ipsius accentus vi syllabam produci posse credat. Nam, cum nos Germani eam syllabam, quam

prae ceteris audiri velimus, majore vi vel, ut cum physiologis loquar, fortiore respiratione pronuntiemus, de Graecorum accentibus longe aliter statuendum est. Ei enim, ut jam nomine *προςῳδία* (*accentus*) discimus, non alia de causa signa illa appingebant quam ut indicarent, qua vocis quasi modulatione pronuntianda essent vocabula. Cf. quae subtilissime hac de re disseruit Hadleyus in Curt. „Stud.“ V, 409 sqq.

Sufficiebat autem eas syllabas signis notare, quae voce acuta quasi canebantur. Jam syllaba longa, quae accentu distinguitur, triplici modo pronuntiari potest. Aut enim tota syllaba uno eodemque sono acuto canitur (*προςῳδία ὀξεῖα*), e. g. *εἷς, τιμή* (a), aut priore syllabae parte fusce edita in posteriore demum parte vox ad sonum illum acutum effertur (qui accentus non minus quam qui vulgo circumflexus vocatur, in vocis flexione positus est, quare veterum quidam, ut Glaucus Samius, eum proprio nomine *ἀντανακλωμένην* dixerunt), e. g. *ἀντια-όντων, ἀντιώντων* (b), aut prior syllabae pars sono acuto canitur, in posteriore parte ad paullo graviorem sonum deflectitur vox (*περισπωμένη*), e. g. *ἀντιά-οντες, ἀντιῶντες* (c):

a. τι - μη

b. ἀν - τι - ων - των

c. ἀν - τι - ων - τες

Quibus apparet prorsus sufficere ad vocem tali modo flectendam, i. e. ad circumflexum ponendum duarum morarum syllabam nullamque esse causam, cur syllabas circumflexas ab initio trium morarum mensuram habuisse credamus. Jam cum circumflexus nihil aliud sit nisi signum melodiae, qua vox canatur, luculentissime apparet, solius hujus signi vi syllabam produci non posse. Hoc enim si sumeres, consequeretur, unumquemque sonum, quo acutiore voce ederetur, eo longiorem esse.

Posterioribus sane temporibus, ut imprimis ex versibus politicis cognoscitur, alia eaque ad nostram propius accedente ratione syllabas accentu instructas pronuntiabant. Tum autem fortiore respiratione non solum syllabae circumflexae, verum eodem modo etiam acutae producebantur.

Deinde vero Suhli lex prorsus vagatur. De syllabis tantum accentu praeditis loquitur, de aliis nihil nos docet. Quomodo ergo pronuntiabimus *ω* in *ἄνθρωπος*, *ι* in *τιμή*, *η* in *πολίτης*? Suntne hae vocales „acute longae“ an „prorsus longae“? Id enim non comperimus ex hac ejus regula — „die langen Vocale zerfallen in 2 Klassen, 1) diejenigen, welche, wenn sie betont sind, den Akut haben und daher akutisch lang genannt werden mögen, 2) diejenigen, welche, wenn sie betont sind, den Circumflex haben; diese mögen ganz lang heissen.“

Tum ut longas vocales ultra duarum morarum mensuram produci concedamus, diphthongi, quae e duobus sonis componantur, nullo modo mensuram naturalem excedere possunt, quod physiologicis quoque rationibus probatur. Nam e. g. *εἷς* si per amplius temporis spatium pronuntiare voles quam *εἵς*, necessario edes aut *ἧς* aut *ἕις*.

Postremo vero num ullam habet probabilitatis speciem, Graecos in harum vocum flexione: *γλῶττα* — *γλώττης* — *γλῶτταν*, *τιμή* — *τιμῆς* — *τιμήν*, *πολίτης* — *πολῖται* — *πολίταις* vocales *η ω ι* modo duarum modo trium morarum mensura pronuntiasse? Vereor, ut cuiquam hoc persuadeat Suhlius.

Sed ut ad formas distractas redeamus, ad quas explicandas is totam hanc doctrinam excogitaverit, ne harum quidem distractiones ex ejus regula semper excusantur. Qua enim vi vocum *εὐχετῴμην*, *ἀντιώντων*, *ὁρώσῃ* *ω* „acute longa“ ita producitur, ut trium morarum vice fungatur? Tamen exstant formae distractae: *εὐχετοῴμην*, *ἀντιοώντων*, *ὁροώσῃ*.

Hac igitur via cum nihil nobis proficere videamur ne-

que quisquam Mehlhornium vel Sonnium vel Suhlium secutus sit[2]), revertendum est, unde digressi sumus.

Post Goettlingium Leo Meyerus K. Z. X, 45 sqq. illius de assimulatione sententia recepta denuoque argumentis confirmata[3]) primus optime intellexit aperteque edixit formas assimulatas, quo nomine jam uti licebit, esse intermedias inter integras atque contractas. Idem primus tum solum usu venire hanc assimulationem perspexit, cum posterior vocalis jam antea longa fuisset[4]), ita ut nullo modo ad versus pangendos distractione commodiores redderentur formae. Si autem re vera distrahi poterat ὁρόω ex ὁρῶ, quidni, interrogat, etiam ὁρῶμεν distrahebatur in *ὁροωμεν? Prior vocalis ubi producta invenitur, ut in μενοινώω, μενοινήῃσι, ἡβώωσα sim., Leo Meyerus hanc productionem poeticae licentiae tribuit, qua in re cum eo facere non possumus. Posterior vocalis ubi producta tradita sit, pro ea restituendam brevem, itaque pro ὁρόωντο, ὁρόωντα, ὁρόῳτε sim. scribendum esse ὁρόοντο, ὁρόοντα, ὁρόοιτε cet. contendit. Nam quod ὁρόοντο postea in ὁρῶντο, non in ὁροῦντα abierit, antiquissimam vel certe omnibus aliis contractionis regulis antiquiorem esse legem, qua duas vocales breves in longam ejusdem generis contrahi sit jussum.

Quibus oblocutus Dietrichius K. Z. XIII, 434 sqq. optimo jure non licere nobis monet, lege quadam abstracta

---

[2]) Unus excipiendus est Bergkius, qui „Gr. Littgesch." I, 868 simili ratione explanat diectasin atque illi. Eo tantum differt, quod vocalem illam valde productam postea non solum scriptura, sed etiam pronuntiatione in duas divisam esse credat. Quamquam ipse p. 862 dicit: „allein dass der Dichter ganz frei und willkürlich die Elemente seiner bildsamen Muttersprache verwendet habe, wie mehrfach ältere und neuere Grammatiker urtheilen, ist eine Anklage, die man nicht so leichthin aussprechen sollte."

[3]) Haud scio an de suo in hanc sententiam venerit. Goettlingi certe mentionem non facit.

[4]) Unum ἄαται fortasse excipiendum esse, supra diximus p. 145.

nisis graecae linguae regulas sub oculis positas nihili habere. Ipse autem *ω* vocis *ὁρόωντα* recte scribi ex eis, quibus vocales affectae sint, mutationibus probare studet. Profectus ab explicanda forma *ὁρόωσι*, quam Corssenio duce optime ita esse effectam docet[5]), ut primum assimulatione progressiva *ὁράουσι* transiret in **ὁραωσι*, — cujusmodi exemplum invenitur *ναιετάωσα* — tum assimulatione regressiva in *ὁρόωσι*, — hinc igitur profectus eadem duplici assimulatione -*αοι*- mutari in -*οῳ*- (*ὁράοιτε* in *ὁρόῳτε*) existimat. Sed qua vocalis *α* vi efficiatur, ut *οι* in *ῳ* mutetur, ego prorsus non intellego. Neque magis de eo consentire possum cum viro doctissimo, quod *ο* ea de causa vult in *ω* productam esse, quia *α* in *ο* debilitata etiam quantitatis aliquid amisisset. Num etiam vocis *ἡβώωντες*, ut ille scribi vult, *ω* prior minorem habet quantitatem quam *ᾱ* in *πεινάοντε*?

Hic monere sat est, Kühnerum gr. gr. I, 601 sqq., quamquam in universum assimulationis nomen recipiat, quasdam de vocalium quantitate regulas proferre parum probabiles.

Jam vidimus, positam esse difficultatem in productione potissimum vel prioris vel posterioris vocalis eamque neque L. Meyerum neque Dietrichium satis bene sustulisse eis quibus usi sunt rationibus. Novam vero rationem atque antea ab omnibus neglectam[6]) attulit Curtius ad illustrandam diectasis naturam „Erläut.“ [2] 100. „Stud.“ III, 398 sqq. Verborum enim in -*αω*, -*εω*, -*οω* cum formas pristinas in -*ajāmi* exiisse omnium linguarum cognatarum doceretur formis respondentibus, Graecos quoque quondam usos esse

---

[5]) Merito reprobat Leonis Meyeri sententiam hanc esse seriem formarum rati: **ὁραονσι*, **ὁροονσι*, *ὁρόωσι* et **ὁραοντjα*, **ὁροοντjα*, **ὁροονσα*, *ὁρόωσα*. Homericae enim formae *ναιετάουσι*, *ἀοιδιάουσα* demonstrant -*οντι* et -*οντjα* tum mutata fuisse in -*ουσι* et -*ουσα*, cum *α* etiam integra servabatur.

[6]) Unus Sonnius l. c. 415 jam ante Curtium formarum quidem integrarum (ut *πεινάων μαιμάει*) longam vocalem spirantis *j* vi productam esse intellexit; quam spirantis vim jam Ebelius K. Z. IV, 171 agnovit, sed de verborum contractorum formis nihil edixit.

formis *τιμαjω, *ποιεjω, *δουλοjω credendum esse. Spirantem autem illam *j* cum graecum os repudiare incepisset cum productione suppletoria aut prioris aut posterioris vocalis, nonnumquam etiam sine ulla compensatione elisam esse (ἡβώοντα ex *ἡβαjοντα, ὁρόωντα ex *ὁραjοντα, ἱλάονται ex *ἱλαjονται). Ita quidem in „Erläut." rem exposuit Curtius. Postea autem in „Stud." l. c. ita potius explicandas esse docuit mutationes vocalium, ut prior tantum productione suppletoria afficeretur, posterioris contra productio quantitatis transpositioni deberetur, hac serie statuta: *ὁραjοντα, ὁρᾱοντα, ὁρώοντα, ὁρόωντα et *ὁραjοιτε, ὁρᾱοιτε, ὁρώοιτε, ὁρόῳτε.

Haec igitur a viris doctis adhuc prolata sunt ad diectasis naturam explanandam. Jam videmus de eo fere omnes nunc consentire, quod veterum illa de pleonasmo somnia spernunt: atque cum etiam de vocalibus illis ad trium morarum mensuram productis opiniones a Mehlhornio, Sonnio, Suhlio prolatas improbandas esse mihi videar demonstrasse, praeterea cum neque Dietrichius mutationem illam vocalium ᾱο in οω satis probasse neque L. Meyerus scripturam suam ὁρόοντα cet. justis rationibus commendasse videatur: una est reliqua Curti explicatio. De hac vero priusquam dicamus, quid sentiamus, omnes rationes ab eo prolatae diligenter sunt expendendae atque examinandae. Sic autem hac in re agemus, quasi Curti sententia ab omnibus sit recepta; atque ea demum condicione, ut Curtio omnibus rationibus perpensis non possimus adstipulari, nos ipsos, si alia via propius accedere possimus ad veritatem, periclitari oportebit.

## Caput II.

## DE ORIGINE ET PROGRESSU VERBORUM CONTRACTORUM.

Hoc vero in examine, sicut adhuc fecimus, imprimis verborum in -αω rationem habebimus; ceterarum vocum distractiones, cum earum unaquaeque fere suam et propriam

habeat causam, ita ut singillatim tractari debeant, in extrema demum dissertationis parte explicare conabimur. Verum in verborum in *-αω* formis explanandis cardo vertitur totius quaestionis.

Ad quam dijudicandam ut firmum fundamentum struamus, illorum verborum originem et progressum spectare necesse est.

Atque primum quidem et graeca verba in *-αω, -εω, -οω, (-αζω, -ιζω)* et latina in *-ao (-o), -eo, -io* cum sanscriticis in *-ajāmi* exeuntibus componenda esse, primus intellexit Boppius „Vgl. Gr.“ [3] III, 114 sqq. Quem fere omnes hac in re secuti sunt, ut Curtius Temp. et Mod. 119, „Erläut.“ 100, „Stud.“ III, 188 sqq. (ubi verba quoque in *-αιω, -ειω, -οιω* huc pertinere demonstratur), Leo Meyerus „Vgl. Gr.“ II, 3 sqq. (qui de *-αζω* et *-ιζω* explicandis a Boppio et Curtio dissentit), Schleicherus Comp. [3] 341 sqq. [7]). Et quamquam nonnulli Boppi sententiam veram agnoscere dubitarunt, nullo modo eam refellere potuerunt.

Nam quas suspiciones movit Corssenius „Ausspr.“ II, 732 sqq. de illa explicatione, quoad quidem ad verba latina primae conjug. pertinet, minime nos adducunt, ut a Boppio dissentiamus. Duobus enim argumentis contra eum utitur; alterum ex eo ducit, quod spirans *j* inter duas *a* nunquam extrudatur in lingua latina, alterum ex eo, quod, cum omnino nullum verbum latinum in *-ao* ejusdem sit stirpis atque aliquod graecum (uno excepto *δαμάω domao*), veri dissimillimum sit, latina verba ex eodem fonte fluxisse ac graeca. Quorum argumentorum prius nullius momenti est; non enim inter duas *a* illa ex sententia *j* exploditur, sed in 1. sing. inter *a* et *o*, in ceteris pers. inter *a* et *i* vel inter *a* et *e* (Schleich. Comp. [3] 346. Curt. „Stud.“ III, 392), ut haec sit series: **sadajati*, **sedajit*, **sedait*, *sedat*, vel **sedajet*, **sedaet*, *sedat*.

---

[7]) Etiam verba neograeca, quae huc pertinent, Boppi sententiam confirmare videntur. V. Maurophryd. K. Z. VI, 142.

Ad alterum autem Corsseni argumentum haec habeo quae respondeam. Primum cum de origine verborum in *-are* agatur examineturque, num ut graeca in *-αω* e verbis in *-ajāmi* exeuntibus prodierint, non solum verborum in *-αω*, sed etiam verborum in *-εω*, *-οω*, *-αζω*, *-εζω*, *-ιζω*, *-οζω*, *-αιω*, *-ειω*, *-οιω*, quae omnia ex eodem fonte fluxerint, ratio habenda est. Et si inveniemus istiusmodi verba, quae etiam ab eadem stirpe derivata sint ac latina in *-are*, his quoque demonstrabitur, latinum *-ao* ex *-ajāmi* originem ducere. Atque haud pauca sunt verba latina in *-ao*, quae graecis initio in *-ajāmi* desinentibus etiam a stirpe respondeant. Cujusmodi L. Meyerus II, 5 sqq. praeter *bovare*, *comare*, *cacare*, quae haud scio an Corssenius immerito e graeco sermone translata existimet[8]), haec affert: *arao ἀρόω*, *calao καλέω*, *luxao λοξόω*, *ligao λυγόω* (*λυγίζω*), *novao νεόω*.

Quibus addenda sunt, quae facili negotio inveni, ita ut non dubitem, quin diligentius perscrutanti etiam alia multa occurrant: *itao* **ἰτάω* (*ἰτητέον* Ar. Nub. 131, *ἐξιτητέον* Xen. Mem. I, 1, 14), *libao λοιβάομαι* Hesych. (*λιβάζω*), *dicao δικάζω*, *felao θηλάζω*, *turbao τυρβάζω*, *gravao βαρέω*, *pisao πιέζω*[9]), *jugao ζυγόω* (*ζυγέω*), *levao λειόω*, *i-gno-*

---

[8]) *bovare* non esse translatum eo probabile fit, quod etiam *bo-ere* usurpatur. Aufrechtius K. Z. I, 190 sq. et haec verba et graeca respondentia ad rad. *gu-* revocat, ita ut inter *βοάω* et *γοάω* initio nulla differentia intercesserit. Cf. Curt. El. Et. 435. *cacare* quominus translatum putemus, multitudine derivatorum impedimur, Curt. 133.

[9]) Fickio „Vgl. Wb.“ 125 (cf. 995), qui *πιέζω* e **πισ-αδ-jω* ortum existimat, adstipulari non possum, quia e **pis-d* illo (scr. *piḍajāmi*) quomodo **pisad* fiat, non intellegitur atque praesertim quia e formis *πεπιεγμένος*, *πίεξις* al. apparet, in *πιέζω* priore tempore *j* viguisse (cf. Curt. El. Et. 561). Nam vera et pristina *δ*, exceptis quibusdam verbi *καθίζω* formis, quae apud bucolicos leguntur, in gutturalem non abit. *πιέζω* igitur e **pisajāmi* factum est. Ex analogia ceterorum e. g. verbi *φορτίζω* pro **φορτεjω* (Grassm. K. Z. XI, 96) a substant. *φόρτος* derivati exspectandum erat, a **πισος* formatum **πιεjω* idque in **πιιζω* mutatum iri; sed dissimulatione vel potius assimulationis fastidio **πιεjω* abiit in *πιέζω* (cf. *societas* pro *sociitas*). Doricae (Ahr. 116) et vulgaris

*rao* *γνωρίζω*. Plura enumerat G. Curtius, „Verbum“ I, p. 329, 343.

Deinde latina verba primae conjug. a secundae conj. non posse segregari, luculentissime apparet e variis ab eadem stirpe *denso-* verbis derivatis *densare* et *densere*, cf. *necare* et *nocere* (Curt. El. Et. 154).

Tum non solum verborum in *-ao* sunt pauca ea, quae graecis plane respondeant, sed, quod Corssenius ipse haud ignorat (cf. II, 732), etiam e verborum in *-eo* multitudine septem tantum afferre potest L. Meyerus l. c. 21 sqq., quae cum graecis communem habeant stirpem. Itaque etiam verba in *-eo* a graecis in *-εω* sejungenda erant Corssenio. Adde quod non solum in verbis, sed etiam in nominibus eadem varietas conspicitur; e multis enim adjectivis, quorum character est *o*, quattuor tantum affert L. Meyerus, quorum stirps est eadem in utraque lingua: *δολιχο-* *longo-* (aliter Curt. l. c. 173), *λοξο-* *luxo-*, *μωρο-* *mōro-*, *σκαμβο-* *scambo-*.

Postremo Boppi sententia de communi origine omnium verborum contractorum confirmatur eo, quod verba illa ex eisdem nominum classibus in utraque lingua derivantur atque eodem significationis vinculo cum nominibus conjunguntur. Ita et graeca et latina verba in *-ao* a substantivis in *ā* derivata eam habent vim, ut significent, aliquem id efficere vel in eo esse statu, qui nomine illo denotetur; alia autem verba latina in *-ao* et conformatione eadem ac

---

dialecti formae *πιάζω* *α* non ex *ε* orta est — neque enim *ρ* vicina est, Brugm. „Stud.“ V, 328 — sed potius eodem assimulationis fastidio ab antiquissimis temporibus servata est, ita ut *πιάζω* etiam vetustiorem haberet colorem quam **πιεjω*. Eadem de causa *α* semper servata est post *ι* in eis verbis in *-ajāmi*, quae ad nomina suffixi *-ja* (*-ιο*) ope formata revocantur, quamquam pro significatione in *-εω* potius vel in *-ιζω* exire deberent, ut apparet e synonymis, e. g. *ἀφρέω* *ἀφρίζω* *ἀφριάω*, *καπνέω* *καπνίζω* *καπνιάω*, *ἐποφθαλμέω* *ἐποφθαλμίζω* *ἐποφθαλμιάω* (cf. Lob. Rhem. 230), quae omnia a significatione nihil inter se discrepant. *καπνιάω* igitur, si accurati esse velimus, non ad *καπνο-*, sed ad **kapnia-* revocandum est. — Latinum igitur *pīsare* eo tantum differt a *πιέζω*, quod a stirpe nasali aucta *pins-* derivatum est.

graeca in *-οω* ab adjectivis derivata sunt et eadem vi, quam dicunt, factitiva usu veniunt (cf. Curt. Symb. phil. Bonn. 272. Grassm. K. Z. XI, 93—99). Quae gravissimo nobis sunt indicio, verba in *-ao* a graecis in *-αω* sejungi non posse.

Quod vero non adeo multa exempla inveniantur, quorum et stirpes et suffixa eadem sint in graeca atque latina lingua, non est, cur miremur. Ex immensa enim verborum copia, qua sine dubio Graecoitali illi, quos vocant, utebantur, postquam digressi sunt, Graeci alia, alia Itali tamquam impedimenta inutilia atque in diuturno itinere molesta abjecerunt, hi alio, alio illi et amore et taedio ducti in eligendo.

Post Corssenium autem nuperrime Savelsbergius K. Z. XXI, 146 sqq. non solum verba in *-are*, sed omnia graecae et latinae linguae verba contracta initio non in *-ajāmi*, sed in *-avāmi* exiisse demonstrare conatus est. Primum vero ipse nullum omnino argumentum contra Boppium affert nisi quod causis esse fultam illius sententiam negat p. 200. Artam igitur et conformationis et significationis necessitatem cum verbis in *-αιω* et *-αζω*, qua mea quidem sententia maxime probatur illa explicatio, Savelsbergius nihili facit; sed, verbis in *-αζω* neglectis, *αι* verborum in *-αιω* (de his cf. Curt. „Stud.“ III, 188 sqq.) esse productione factum ex *α* contendit: saepe enim fieri, ut *α ε ο*, imprimis metri gratia, in *αι ει οι* producantur. De metri licentia cogitari non posse eo clarissime apparet, quod *παλαίω* (e. g. *παλαίσαντες* Xen. Oec. 17, 2, cf. Lob. Rhem. 194) et *πάλαισμα, παλαίστρα, ταλαίπωρος* similiaque a verbis in *-αιω* derivata (v. Curt. l. c. 191) etiam apud scriptores prosae orationis inveniuntur; diphthongos autem sola productione e brevibus vocalibus esse factas, nemini ille persuadebit.

Jam vero, ut concedamus, Boppi hypothesin non esse satis probatam, tum demum ea nobis missa facienda erat, si aliam Savelsbergius protulisset, quae melius rationibus fulta esset. Quod mea quidem opinione ei non contigit.

Profectus enim ab umbricis *subocavu* et *purtuvito* (*purtuveto*, *purdovito*), quibuscum comparat osc. *tribarakavum*, formas umbr. *stahu*, *stahitu*, *arsmahamo* ex illis antiquioribus (**stavu*, **arsmavamo*) mutatione spirantis *v* in *h* esse factas existimat similiterque verba umbr. 2. conj. *kukehes* et 4. conj. *persnihimu*, *anovihimi* ex antiquioribus **kukeves* cet. orta esse persuasum habet. Sed exemplorum illorum *v* ad firmandam Savelsbergi sententiam nihil valet; nam in *purtuvito* *v* se explicuit quodammodo e proxima *u* (cf. similia apud A. K. I, 100); de *subocavu* autem, cum non nisi in tabulis recentioribus inveniatur et proinde ita scriptum sit SVBOCAVV, haud scimus, an crassior tantum vocalis *u* sonus duplici V exprimatur. Sed etiam si re vera est *vu* pronuntiandum, *v* facile e sequente *u* se explicare poterat. Ita enim sine dubio osc. *tribarakavum* explicandum est, cf. Bugg. K. Z. II, 383, III, 39, cui assentitur Ebelius ibid. VI, 422. Neque magis favent Savelsbergi opinioni formae littera *h* scriptae. Nemo enim adhuc contendit, nedum exemplis probavit ab Umbris *v* mutari in *h*; nam quod ille A. K. I, 64 *preplôtatu* e *preplavitatu* mutatione litterae *v* in *h* factum putasse dicit p. 147, eorum verba non bene intellexit.[10]) Immo longe aliter de *h* illa statuendum est, cf. A. K. I, 77 sq.

Postremo, si sunt verba graeca, quae antiquiore tempore in *-αϝω* exierint, ut *φάϝω*, eo non efficitur, omnia in *-αω*, *-εω*, *-οω* ex antiquiore *-avāmi* derivanda esse. Quae cum ita sint, a Boppio, Curtio, Schleichero dissentire noluerim.

In explicando autem illo *-ajāmi* Curtio adstipulandum esse censeo, qui ita explanet, ut prior quidem *a* ad stirpem pertineat (cf. etiam Grassm. l. c. 94), *-jāmi* autem praesens sit verbi *ja* = *ire* (*bharajāmi* = *portatum eo*, cf. *ven-eo*, *je vais faire*, „*zu Grunde gehen*“, „*zu Ende gehen*“,

---

[10]) „*Preplôtatu* (die Länge des *o* ist durch die gedehnte Form *preplohotatu* gesichert) glauben wir aus **preplavitatu* — entstanden. Nach Ausfall des *i* entstand im Praes. zuerst *preplau-tau*, dann *pre-plo-tau.*“

*„zu Falle kommen“*). Jam vero mutato illo *-jāmi* in *-jēmi* atque *α* vetere in *α ε ο* divisa has habemus verborum formas graecas: **τιμαjημι*, **φιλεjημι*, **δουλοjημι*. Quas in declinatione principio analogiam verbi *τίθημι* sim. secutas esse et posteriore demum tempore eodem atque verba in *-ω* modo flexas esse veri simillimum est, cf. Curti diss. de historia verb. contr. „Stud.“ III, 377 sqq.

His igitur monitis, cum de eo, quod naturam distractionis in assimulatione positam esse existiment, cum Goettlingio, Meyero, Curtio, et de eo, quod *ὁρόωσι*, *ὁρόωσα* assimulatione reciproca orta esse doceat, cum Dietrichio plane me consentire p. 151 sq. confessus sim, jam ea nobis difficultas erit imprimis expedienda, ut explanemus, qua re fiat, ut formarum assimulatarum et prior et posterior e duabus vocalibus contrahendis modo brevis modo producta sit. Quod ut possimus, separatim utraque vocalis est spectanda ideoque primum de prioris quantitate, tum de posterioris agemus.

## Caput III.

## DE PRIORIS VOCALIS QUANTITATE.

In examinanda formarum assimulatarum quantitate proficiscendum est a formis integris. Quarum exempla apud Homerum pauca tantum prae assimulatarum contractarumque multitudine inveniuntur; nam e 132[11]) verbis in *-αω*, quae in Iliade et Odyssea usurpavit poeta, 21 tantum usu veniunt formis integris. Quorum *α* fere semper brevis est: *ἀοιδιάει*, *γοάοιεν* cet. v. tab. A I. In his omnibus spirans interiit nullo vestigio relicto. Ex his autem formis assimulatione factae sunt progressiva *ὁράαν*, *ναιετάασκε*, regressiva *ὁρόω*, *ὁρόωντο*, reciproca *ὁρόωσι*, *ὁρόωσα* (v. tab. B

---

[11]) Hoc numero comprehendi etiam verba simplicia in *-αω*, ut *φάω* al.

I, 1. II, 1. III, 1). Brevitas igitur prioris vocalis non habet offensionem.

Sed praeter illa formarum integrarum cum *α* brevi exempla exstant pauca quidem, sed certa, quorum *α* producta est: *ἀναμαιμάει, διψάων, πεινάων, πεινάοντα, -οντε*; quibus a latere sunt formae assimulatae: *μνάᾳ, ἠγάασθε, ὑπεμνάασθε, μνάασθαι, μενοινώω, μενοινήῃσι*[12]) cet. (v. tab. B I, 2. II, 2. III, 2), quae sine dubio ortae sunt ex *ἠγάεσθε, μενοινάω* cet.

Veteres quidem longam vocalem harum formarum *α* vel *ω* poeticae licentiae tribuunt: schol. *δ* 1. cf. schol. *Z* 291. Sed etiam hac aetate multi de licentia cogitaverunt; non modo ei, quos p. 144 sq. nominavi, sed etiam Leo Meyerus l. c. 47 et Dietrichius l. c. 436. Sonnius paullo aliter rem sibi conformavit l. c. 414: „durfte also unter dem druck des metrums, insofern die folgende liquida ihm entgegenkam, der kurze vocal sich dehnen, so musste unter eben diesem drucke vor den spiranten Jod und Vau die gleiche dehnung eintreten.“ Metri necessitati ne in hac quidem re quidquam tribuendum est; sola spirans suffecit ad vocalem producendam, quod jam ante Sonnium intellexit Ebelius, quamvis minus bona quam ille definitione usus K. Z. IV, 170: „*j* oder *ϝ*, welches entweder den ersten oder den zweiten vocal im ausfalle verlängerte.“

Cum Curtio igitur („Sprachl. Ausb. d. delph. Inschr.“ in „Ber. d. K. S. G. d. W.“ 1864 p. 220, „Erläut.“ 98, „Stud.“ III, 398) produci illam *α* litterae continuae vi etiam vigentis censeo, simili ratione, qua vocales ante alias quoque consonas continuas sese extendunt cum consonarum quadam temporis jactura. Postea demum, vocali jam producta, spirans plane evanuit. Productionem vero sola spirantis vi effici neque ulla metri necessitate multa sunt, quae

---

12) *μενοινήῃσι* non ad *μενοινάω*, sed ad *μενοινέω* (*μενοίνεον* *μ* 95) pertinere videtur (cf. Curt. „Stud.“ III, 189). Conj. *ἐάῃς* certe non regressiva (* *ἐεῃς*), sed progr. assim. afficitur: *ἐάᾳς*.

demonstrent. Saepissime enim et in prosa oratione et apud poetas vocalem eam invenimus productam, quam priore tempore spirans subsequebatur.

Atque primum quidem in his ipsis verbis contractis, de quibus agimus, productio saepe agnoscenda est. Non aliter enim explicari possunt homericae verborum in -οω formae integrae: ὑπνώοντες, ἱδρώοντας, ἱδρώουσα sim., quae ut conservarentur, sine dubio analogia verborum πλώω, ζώω, ῥώομαι al. adjuvabat, in verbo ἱδρώω fortasse etiam substantivi ἱδρώς analogia. Homeri autem imitatores adeo adamarunt illam ω, ut non solum brevi ο, sed etiam brevi α verborum in -αω substituerent, formarum homericarum μνώοντο, μνωομένῳ cet.[13]) analogia decepti. Sic μνώεο Apollonius habet: 1, 896, 3, 1069. 1110. ἐμνώετο Nonn. D. 15, 244. 16, 61, μνώεται Par. 16, 76, διψώουσα Nonn. D. 36, 199 (cf. διψώωσα 48, 592, διψώοντες 13, 265, διψώω Par. 19, 149, πεινώοντα Opp. Hal. 5, 50), διψώουσαι Tryph. 548, αὐχμώουσαν Nonn. D. 37, 421 (cf. αὐχμώοντα 26, 197), λυσσώουσα Nonn. 46, 320 (cf. λυσσώωσα 48, 884, λυσσώων 30, 134. 36, 449, λυσσώοντες Maneth. 1, 244, λυσσώοντι Nonn. 30, 56. 40, 87).

Haud scio an haec omnino non referenda sint inter verba circumflexa; praeter verba certe in -οω exeuntia ἱδρόω, ὑπνόω posteriore tempore extiterunt verba in -ωω, quae analogiam barytonorum πλώω, ζώω secuta contractionem non paterentur. Quod certissime confirmatur eo, quod etiam Lucianus forma ἱδρώει utitur d. d. Syr. 10. 17; quocum consentit Philemonis et Planudis testimonium a Lobeckio Rhem. 213 sq. adscriptum.

Sed etiam magis quam in his epicorum exemplis spirantis vis perspicua est in lesb. ποθήω, ἀδικήει (Curt. „delph. Inschr.“ 221, Gelbk. „Stud.“ II, 40, Curt. „Stud.“ III, 388) atque in delphicis a Curtio l. c. collectis: συλήοντες, ἀπαλλο-

---

[13]) Hom. verbi μνάομαι (meminisse) illas tantum formas assimulatas cum ω usurpat, quas supra attuli.

*τριώονσα, ἀλλοτριωοίη, βιώῃ, δουλώῃ, στεφανωέτω, μαστιγώων, ζώῃ* (sed etiam *ζῇ*).

Non solum autem ex his verborum formis integris de productione per spirantis vim effecta conjecturas facere licet, sed etiam e contractis quibusdam formis. Quod primum a Curtio intellectum („delph. Inschr." 221, ubi *συλήτω* e *συλῃέτω* ortum esse docet), a Gelbkio l. c. probatum est multis exemplis, quibus rursus Curtius „Stud." l. c. alia quaedam addidit. Istiusmodi sunt homerica *συλήτην, προςαυδήτην, φοιτήτην, συναντήτην, ἀπειλήτην, ὁμαρτήτην, ἀρήμεναι, γοήμεναι, πεινήμεναι, καλήμεναι, πενθήμεναι* al., quae non e **συλαετην* cet. vel *ἀπειλεέτην* orta existimanda sunt, haec enim potius in *συλᾶτην, ἀπειλείτην* contraherentur, sed e **συλῃετην, *ἀπειλῃετην* cet. Hac ratione etiam lesb. *ἀδικήμενος, ἐπαίνην, στεφάνων* cet., arcad. *ζαμιώσθω, καταφρονῆναι, ἀπειθῆναι,* eleum *καδαλήμενος,* boeot. *ἀδικείμενος,* delph. et locr. *καλείμενος, ἀφαιρείμενος* e formis esse contracta, quarum prior vocalium contrahendarum producta fuisset, optime intellexit Gelbkius; in eo vero erravit, quod *ἀδικήμενος, φορήμεθα* ex **ἀδικηομενος, *φορηομεθα* orta esse putavit; ea enim ex **ἀδικηεμενος, *φορηεμεθα* potius esse contracta satis probavit Allenius „Stud." III, 266 sq.

Denique etiam in Atthide talia inveniuntur; homericis enim *πεινάων, πεινήμεναι* respondent attica *πεινῇς, πεινῇ, πεινῆν, ἐπείνη,* quae non e **πεινᾰεις* cet. originem ducunt, sed e *πεινάεις* vel potius *πεινήεις* cet.; eodemque modo att. *ἐδίψη* ex *ἐδίψηε, χρῆται* e *χρήεται* orta sunt (Curt. l. c. 387).

E verbis in *-οω* autem unum est *ῥιγῶν* (*ῥιγῷ, ῥιγῴην, ῥιγῶντι*), quod non solum in Atthide, sed etiam apud Hippocratem (v. Bredov., de dial. Herod. 392) productionem patiebatur, atque a grammaticis doricum dicitur (Ahr. dor. 204. Buttm. I[1], 489).

Ad haec productionis per spirantem effectae exempla verborum permulta accedunt alia, quae collecta habes apud Brugmanum „Stud." IV, 179 sqq.; atque in cognatis

quoque linguis talia multa occurrunt, cf. praeter Brugm. Schleich. Comp.[3] 30, Curt. „Stud." II, 186.

Quibus omnibus reputatis dubitare non possumus, quin apud Homerum quoque productio *α* illius verborum in *-αω* spirantis vi effecta sit, neque mirabimur, quod pauca tantum illius productionis exempla inveniuntur, cum etiam verborum in *-εω* et *-οω* vocales *ε* et *ο* apud eundem rarissime producantur.

Jam ex eis formis, quae *α* productam habent, ortae sunt assimulatione eae, quae priore loco *ᾱ* vel *ω* habent (*μενοινάᾳ*, *μενοινώω*); ex eis autem, quae *α* correptam, eae, quae priore loco *ᾰ* vel *ο* habent (*ναιετάασκε*, *ὁρόων*): ita ut haec varietas quantitatis optime e graecae linguae historia intellegatur atque excusetur.

## Caput IV.

## DE POSTERIORIS VOCALIS QUANTITATE.

Multo vero difficilior dijudicatu est quaestio de posterioris vocalis quantitate. Nam haec quoque modo producta (*ὁρόωντα*, *ὁράᾳς*), modo brevis (*μνώοντο*, *εὐχετάασθαι*, *ᾰ* e testim. Aristarchi, Schol. *K* 466) invenitur.

Veteres quidem hanc quantitatis varietatem mirari non potuerunt, qui in *ὁρόωντο* brevem vocalem longae pleonasmo praefixam, in *μνώοντο* autem subnexam putarent. Goettlingius primus cum in hac explicatione, tum in illa varietate offendit. Neque vero contigit ei, ut difficultatem tolleret. De *ὁρόωντα* sim. enim nihil dicit nisi necesse esse, alteram produci, l. c. 101. Quod autem de formis in *-αᾳς*, *-αᾳ* exeuntibus scribit haec p. 97: „aus diesem *εὐχετάαι* und *εὐχετάαις* wird durch Contraction des umgelauteten Bindevocals mit dem *ι* der Endung *εὐχετάᾳ* und *εὐχετάᾳς*," probari non potest. Deinde Leo Meyerus de justa productae vocalis explicatione desperans pro *ὁρόωντα*, *ὁρόῳτε*, *εὐχετοῴμην* scribenda esse censet *ὁρόοντα*, *ὁρόοιτε*, *εὐχετοοίμην*.

Argumenta autem, quibus hanc mutationem commendare voluit, a Dietrichio optimo jure reprobata esse jam commemoravimus. Sed ne huic quidem in explicanda productione me assentiri posse, idem supra confessus sum.

Curtius denique priore tempore („delph. Inschr.“ l. c. „Erläut.“ l. c.) ita explicavit quantitatis varietatem, ut spirantis vi modo prior modo posterior vocalis produceretur. Quamquam autem postea mutavit sententiam („Stud.“ III l. c.), neque nunc quisquam, quantum scio, ejus patrocinium publice suscepit, tamen, cum causas ille non sit professus, quibus ductus alteram explicationem jam non probaret, hanc quoque mihi examinandam esse putavi. Neque enim dubito, quin Ebelius (cf. K. Z. IV, 171) et Delbrückius (cf. „Stud.“ II, 193 sqq.) suam fecerint, etsi non edixerunt. Brugmanus quoque dubitanter tantum eam reprobat (p. 184 adn. 88). Ego vero sententiam illam repudiandam esse persuasum habeo. Optime enim Sonnius mihi sensisse videtur, qui K. Z. XIII, 438 haec habet: „So gefügig die halbvocale der dehnung des vorhergehenden vocals entgegenkommen, es würde, glauben wir, der natur menschlicher sprachorgane widersprechen, wenn wir ihnen die gleiche wirkung auch für den folgenden vocal zuerkennen wollten.“ Quod cum argumentis non confirmaverit, meum est ejus sententiam, si possum, probare rationibus allatis.

Brugmanus („de prod. supplet.“ Stud. IV, 61—186) postquam vocalem brevem et ante duas consonas continuas et ante spirantes ϝ et *j* produci aut cum sequentis consonae jactura aut sine ea ita effecit, ut nemo ei assentiri non possit: etiam sequentem vocalem affici productione suppl. digammatica probare studet, hac affectionis definitione proposita p. 135: „Fit autem ea productio ita, ut digammo dissolvi coepto instrumenta loquelae praepropere et prius quam debeant ad vocalem enuntiandam aggrediantur“ cet. Hac vero in re cum eo facere non possum. Nam cum productio regressiva, quam vocat, in innumerabilibus exemplis sive ante duas litteras continuas, sive ante ϝ et j con-

spiciatur, progressivae productionis nullum exstat exemplum post duas litteras continuas, nullum post *j*, atque post ϝ quoque non quaelibet, ut ante eam, vocalis producitur, sed una *o*. Quod ipsum nobis indicare videtur, hanc mutationem non eadem ratione esse explicandam atque illas productiones vocalium ante positarum. „*ω* ex ϝ*o* prodit ex affinitate, qua *o* cum ϝ continetur,“ id quod ipse Brugmanus optime intellexit (adn. 88). Productio autem suppletoria omnino non pendet ex affinitate, sed *α ε ο ι υ* et ante ϝ et ante *j* sine ullo discrimine ea afficiuntur. Neque igitur productione suppl. *ω* fit ex ϝ*o*, sed ita potius, ut ϝ in sonum vocali similem mutata cum sequente *o* in unam longam vocalem coalescat (cf. Ebel. K. Z. IV, 166). Sed etiamsi re vera productio suppl. illa progressiva agnoscenda sit, ea ex re concludere non debemus, *jo* quoque in *ω* vel *jᾰ* in *ᾱ* abire potuisse. Itaque etiam formas assimulatas *ὁρόωντο*, *ὁράᾳς* productione suppl. ipsa atque, ut ita dicam, directa explicare non licet.

Jam vero his absolutis ad eam aggrediamur sententiam examinandam, quam Curtius postea („Stud.“ III, 398 sq.) proposuit. Ubi priorem vocalem ubique ab initio spirantis vi productam esse ratus, productionem posterioris vocalis explicare studuit transpositione quantitatis; qua in re eum sequitur Brugmanus l. c. 183 sq.

Nostrum autem erit, quo de illa explicatione judicare possimus, et in universam transpositionis illius naturam inquirere et terminos, quibus sit circumscribenda illa mutatio, exemplis collectis definire.

Magna de tota hac quaestione est dissensio inter viros doctos. Alii factam esse quantitatis transpositionem omnino negant, alii omnes vocales ea affici posse contendunt. Primus Buttmannus gr. gr. § 27 adn. 21 *Ἀτρείδεω*, *ἵλεως*, *βασιλέως* quantitatis transpositione ex *Ἀτρείδᾱο*, *ἵλᾱος*, *βασιλῆος* orta esse docuit; quem omnes grammatici secuti sunt usque ad Ebelium. Is vero K. Z. IV, 170 sq. ita duplicem illarum vocum formationem explicavit, ut e

formis integris *Ἀτρειδα(σ)jo, *ἱλα(σ)jος, *βασιλεϝος productione suppl. aut prioris vocalis Ἀτρείδᾱο cet., aut posterioris Ἀτρείδεω cet. orta esse putarentur.[14])

Cum Ebelio consentit Leo Meyerus I, 306 sqq. Sonnius contra productione sequentis vocalis per spirantem facta improbata ne Buttmanni quidem explicationem recepit, sed novam quandam protulit his verbis l. c. 439: „den übergang von ᾱο, ηο in -εω erklärt Buttmann durch einen wechsel der quantität. Richtiger wird man in εω eine nur nicht völlig durchgeführte contraction, halbcontraction erkennen. Es contrahirt sich ᾱο, ηο zu ω, vor welchem jedoch ε als irrationaler vocal, als ausgeblasenes ei, als andeutung der alten vorsilbe sich behauptet, ohne jedoch, wie die so häufige synizese und die accentuirung zeigt, dies εω als vollwichtiges disyllabum zu halten.“ Quam explicationem quamvis speciosam probare non possum. ᾱο enim, si re verà contrahitur, abit in ω, neque ullo modo intellegitur, unde subito ε illa irrationalis, quam vocat, accrescat.

Post Ebelium et Meyerum Delbrückius „Stud.“ II, 193 sqq. quantitatis transpositionem factam esse negat: cujus sententiam postquam Curtius l. c. 399 uno ἑώρταζον allato stare non posse significavit, Brugmanus l. c. 140 sqq. argumentis luculentissimis refellit. Naturam autem illius mutationis hic non attingit, ille his verbis definit p. 399: „An sich ist gewiss eine quantitative Metathesis ebenso wenig anstössig als eine qualitative. Wenn ohne jeden Zweifel Sylben wie μαν μνα, καμ κμα, ποϱ πϱο, ταλ τλα gleichen Werth haben, warum sollte es so unzulässig sein ηο und εω, ηα und εᾱ, ῑο und ιω, ωο und οω, ᾱᾰ und ᾰᾱ in demselben Sinne neben einander zu stellen? Die ganze Erscheinung der Metathesis beruht darauf, dass dem Sprachgefühl nur das ganze eines Lautcomplexes sicher vorschwebt, während im einzelnen allerlei lautlichen Bequemlichkeiten und Gewohnheiten zu Liebe die Laute ihre Stelle tauschen.

---

[14]) ϝο abire in ω primus, quod sciam, vidit Ad. Kuhnius Z. I, 233.

Aehnlich auch bei der Metathesis der Quantität." Qua in explicatione, quoad quidem de consonis agitur, Curtium secutus Siegismundus, de metath. gr. „Stud." V, 126 bene intellexit diserteque adumbravit, multum plerumque valere ad illam transpositionem loquendi quandam celeritatem atque festinationem. Ab hac vero consonarum transpositione segreganda esse mihi videtur quantitatis transpositio eaque paullo aliter explananda. Nam si re vera ηο in εω, ηα in εᾱ ea de causa abirent, quia ejus qui loquitur menti totius vocabuli imago ita esset impressa, ut et longam et brevem vocalem pronuntiandam esse sentiret, sed festinatione quadam eas inter se commutaret: non intellegeretur, neque cur εω in ηο, εᾱ in ηᾰ, οω in ωο, ᾰᾱ in ᾱᾰ nunquam mutarentur[15]), sicut e. g. κρέκω dicitur pro κέρκω, ερ in ρε transpositis (Siegism. p. 145), neque cur productio vocalis a syllaba quadam nunquam ad antecedentem vel sequentem syllabam transferretur[16]), sicut δρίφος dicitur pro δίφρος, ρ ab altera in priorem syllabam translata (Siegism. p. 127). Quibus adducor, ut aliam esse quantitatis transpositionis causam ac consonarum existimem. Constat legem illam linguae latinae, qua vocalis ante vocalem corripiatur, etiam a Graecis non esse alienam. Et in concursu quidem duorum vocabulorum lex illa regit et dominatur. Ex eo enim, quod in oratione numeris astricta vocalis finalis ante vocalem vocis proximae corripitur (itaque hiatus lenitur), colligendum est, etiam in pedestri sermone eadem ratione correptam esse vocalem ante vocalem. Sed etiam in mediis vocabulis correptio illa saepissime conspicitur. Ita, ut uno exemplo pro multis utar, βασιλῆος, βασιλῆα, βασιλήων, quae Homerus usurpat, in dialecto ionica commutantur in βασιλέος, βασιλέᾰ, βασιλέων. Sed aliae dialecti, imprimis attica, cum

---

15) Qua ratione Lobeckius κυκωόμενος, μνωομένη alia id genus orta esse injuria putat in El. I, 534, Rhem. 213.

16) Quo modo idem Lobeckius ἀπερείσιος ex ἀπειρέσιος factum esse vult in El. I, 530.

priorem vocalem corripiunt, quasi productionis onus ab hac ablatum proximae vocali injungunt: itaque formae existunt *βασιλέως*, *βασιλέᾱ*, *βασιλέων* (cujus *ω* non amplius produci potest). Jam si recte illius affectionis natura est definita, intellegitur, nihil obstare, quominus etiam *ωο* in *οω*, *ᾱᾰ* in *ᾰᾱ* mutari posse credamus. Sed ut certius hac de re judicium ferre possimus, exempla sunt accurate colligenda disponendaque.

Et primum quidem longe frequentissima est ea mutatio, qua ex *ᾱο* fit *εω*.[17]) Haec jam apud Homerum invenitur in nomin. propr. in *-ᾱος* exeuntibus — imprimis in eis quae cum *λᾱός* composita sunt, quamquam simplex vox *λᾱός* nunquam apud eum hanc mutationem patitur — e. g. *Ἀγέλεως* *χ* 131. 247, *Πηνέλεως* *B* 494, *P* 597, *Ἀκρόνεως* *ϑ* 111 pro *Ἀγέλᾱος* cet. Item in Iade et nomina propria et appell. usu veniunt (Bredov. d. d. Herod. 137 sqq. 169. 249) *λεώς*, *Μενέλεως*, *Ἀρκεσίλεως*, *ἵλεως*, *ἀξιόχρεως*, *δίμνεως*, atque in Atthide: *λεώς*, *νεώς*, *ἀνώγεων*, *ἵλεως* sim. et composita cum nomine *γῇ* velut *μεσόγεως*, *ὑπόγεως* (e *-γαιος*, *-γᾱjος*, *-γᾱος*), quae ab ionica dialecto sunt abjudicanda (Bred. l. c. 139 sq. Lob. ad Phryn. 298). Praeterea apud Homerum substantivorum primae decl. in *-ης* genetivi in *ᾱο* alternant cum formis in *-εω*: *Πηλιάδεω*, *Ἀτρείδεω* sim., quibus constanter utitur Herodotus (Bred. l. c. 217 sq.), cum Attici in his quidem genetivis formandis multum ab Homero discesserint. Herodoti autem propria sunt haec: *Ἀμυϑέωνος*, *Φιλέωνα*, *ὀπέωνες* pro *Ἀμυϑᾱονος* cet.

---

[17]) *ᾱο* primum in *ηο* transiisse credo. Ad eandem sententiam inclinant Ebelius K. Z. VI, 219 et Dietrichius ibid. X, 439, quae certe eo probatur, quod in Iade quidem etiam *ᾰ* ante *ο* mutatur in *ε*: *ὁρέομεν*, *ὁρέοντες* cet. (cujus mutationis initia jam apud Homerum deprehenduntur: *ἤντεον*, *μενοίνεον*, nisi haec a verbis in *-εω* sunt derivanda, cf. adn. 12). Praeterea vero haud neglegendum est, quod in ea quoque lingua, in qua sola similis mutatio invenitur, *ēo* (*ēu*) et *ēa* tantum mutantur in *jō*, *jā*, itaque eidem transpositionis fines constituendi esse videntur atque in graeca lingua, v. infra p. 170.

Deinde vero mutationis *ηο* (*ηοι*) in *εω* (*εῳ*) in eisdem dialectis reperiuntur exempla, rariora apud Homerum et Iones, plura apud Atticos. Certa exempla homerica et ionica non sunt praeter *ἕως* et *τέως* pro *ἦος* et *τῆος* (Curt. Mus. Rh. N. IV, 242 sqq.); veri autem simillimum est, conjunctivos homericos *στέωμεν, θέωμεν* al. e *στήομεν, θήομεν* ortos esse, v. H. Stier. „Stud." II, 134. Curt. „Stud." III, 399; eae denique formae, quas duplici augmento instructas esse priore tempore docebant, ut *ἐῳνοχόει, ἀνέῳγον*, cum in Iade non usitatae sint (Bred. l. c. 312 sqq.), paucis locis apud Homerum inveniuntur. In Atthide sane sunt satis frequentes: *ἑώρων, ἑώρακα, ἑώρταζον, ἐώλπειν, ἐῴκειν* sim. (cf. Ebel. K. Z. IV, 170 sq. Senn. ib. XIII, 443, Brugm. l. c. 166 sq.).

Item sola in Atthide genetivi substantivorum in *-ευς, -υς, -ις* quantitatis transpositione afficiuntur, e. g. *βασιλέως* e *βασιλῆος* (**βασιλεϝος*), *πήχεως* e **πηχηος* (**πηχεϝος*) non, ut vult Kuehnerus I, 140, e **πηχῡος, πόλεως* e *πόληος* (**πολεjος*), non, ut idem vult, e **πολῑος*. His addenda sunt ion. att. *μετέωρος, γεωρυχέω*.

Etiam in dorica dialecto haec mutatio reperitur; *ηο* autem non in *-εω*, sed in *-ιω* mutatur: pronominum enim genetivi *ἐμίως, τίως, ἐμίω, τίω* ex **ἐμηος* (**ἐμεjος*) cet. et verborum contractorum formae *ἐμετρίωμες, ἀφορμίωντι, πονίωμες* sim. ex **ἐμετρηομες* (**ἐμετρε-jο-μες*) cet. orta esse videntur (cf. Brugm. l. c. 184 sq. Meister. ibid. 426 sqq.). Quamquam in his *-ιω* etiam ex *-ειο* factum esse potest.

Multo rarius quam *ᾱο* et *ηο*, *ηα* litterae quantitatis transpositione affectae sunt, et quidem, ut videtur, sola in Atthide, e. g. *βασιλέᾱ* e *βασιλῆα*, *ἑᾰλων* ex **ἧᾰλων*, et apud Homerum *ἑήνδανον* ex **ἥανδανον*.

Praeterea Lobeckius in El. I, 536 jure transpositionem quantitatis agnovit in *μαχεούμενος* pro *μαχειόμενος*, cui addendum est *ῥεούμενος* pro *ῥειόμενος* in orac. ap. Herod. 7, 140 (cf. Lob. Rhem. 144).

Fortasse etiam *Κρονΐωνος* Φ 184. 230. hy. Merc. 214. 230 eadem ratione e *Κρονίονος* Ξ 247, λ 619 ortum est.

Quae adhuc tractavi exempla omnia ita sunt comparata, ut vocales affectae diversi generis sint. Et quidem omnia ea sunt, quorum prior vocalis post transpositionem sit *ι* vel *ε*. Quas re vera non ut vocales, sed utramque ut *j* pronuntiatas esse — saepe enim *ε* et *ι* pro *j* scriptae sunt, Curt. El. Et.[3] 553 sqq. — maxima probabilitate colligitur ex eo, quod in vocibus acuendis nihil valent, cf. *πόλεως, πόλεων, Πηνέλεως*.

Id praeterea quam maxime eo probatur, quod in lingua vetere septentrionali, in qua sola similis affectio invenitur, semper prior vocalis in *j* mutatur. „*éa* geht über in *já* und *éu* (*ēo*) in *jó, já* (*séa*, sehe, wird zu *sjá; séum*, wir sehen, zu *sjóm*, *sjám*).“ Wimmer, „altnord. Gr. übers. v. Sievers“ § 20, cf. Buggium K. Z. III, 31.

Ad comprobandam certe transpositionem vocalium *ωο* in *οω*, *ᾱᾰ* in *ᾰᾱ* illa exempla nihil valent. Neque magis valent homerica *φόως, θόωκος, αὐτοχόωνος*. *θόωκος* enim factum est ex **θαϝακος*, **θαϝοκος*, **θαωκος*, *θόωκος* (Brugm. 171); simili ratione *αὐτοχόωνος* ex **αὐτοχοϝανος*, **αὐτοχοϝονος*, *-χόωνος*, *φόως* autem item ex **φαϝος*, **φαως* ortum esse potest, nisi forte propter *φᾰεα* ex **φᾱος*, **φᾰως* derivandum est, eadem transpositione quant., qua Curtius El. Et.[3] 324 *πυλᾰωρός* explicat; sed haud scio an haec transpositio omnino non sit agnoscenda; **φωος* autem forma non exstat.

At substantiva ab initio in *-οϝος* exeuntia modo in *-ωος* modo in *-οως* terminantur. Nullius tamen vocis utraque exstat forma; sed ab altera parte sunt *λαγωός, κολωός*, ab altera *Ἄθοως, γάλοως, Κόως*, quae etiam accentu distinguuntur. Quare recte mihi videtur Brugmanus p. 161 ita hanc varietatem explicare, ut ex *-οϝος* aut productione regressiva *-ωος*, aut progressiva *-οως* fiat. — *Σοώμην* denique a Lobeckio El. I, 534 ex Hesychio allatum nihil valet, quia nescimus an ex poetae alicujus Homerum imitantis

fabrica prodierit. Mutationis vocalium ᾱᾰ in ᾰᾱ nullum exstat exemplum. — Quae cum ita sint, concedendum erit, exemplis prorsus similibus transpositionem vocabuli ὁρώοντα in ὁρόωντα et ὁρᾱ́εις (*ὁρᾱᾳις) in ὁρᾱ́ᾳς probari non posse. Tamen quia hac explicatione omnium formarum assimulatarum origo — uno excepto μενοινᾱ́ᾳ — bene intellegitur, eam probarem commendaremque, nisi alia quaedam ei obstare viderentur.

Totius enim Curti sententiae fundamentum est id, quod priorem vocalem, ut in ceteris verbis contractis, ubique ab initio spirantis *j* vi productam esse putat. Quod mea quidem opinione concedendum est. Sed item concedendum est, verborum in -εω et -οω vocales ε et ο ante contractionem correptas esse — aliter enim non φιλεῖτε, sed φιλῆτε, non δουλοῦμεν, sed δουλῶμεν exstitissent —. Jam ex analogia concludendum est, verborum in -αω quoque α, formis etiam integris, correptam fuisse. At haec conclusio necessitate caret. Concedo: sed formas traditas spectemus. Formae assimulatae omnes secundum illam sententiam ortae sunt ex eis formis integris, quarum prior vocalis producta sit. Spectemus igitur formas integras. Ex 21 verbis in -αω, quorum 35 formae integrae inveniuntur in hom. carm., tria tantum sunt, quae α productam servent, quippe quae aliter in versum heroicum non quadrent: ἀναμαιμᾱ́ει, διψᾱ́ων, πεινᾱ́ων (πεινᾱ́οντα, -ντε). Reliqua omnia α corripiunt, v. tab. A I. Ex quo cum intellegamus, α correptam esse vocalibus nondum mutatis, ὁρόωντα, γοόωμεν ex ὁρώοντα (ὁρᾱ́οντα), γοώοιεν (γοᾱ́οιεν) fieri potuisse negandum est. Nam id profecto animum inducere non possumus, linguam, postquam ex fastidio quodam vocalium concurrentium eas inter se assimularit, juxta has formas etiam integras servasse earumque ᾱ longam posteriore tempore corripuisse. Sed alia forsitan via hanc difficultatem tollemus. Fieri enim potuit, ut forma pristina ὁρᾱ́οντα eodem tempore aut secundum regulam „vocalis ante vocalem corripitur" in ὁρᾰ́οντα, aut transpositione quantitatis — ut haec trans-

positio fieri potuerit — in *ὁρᾰ́ωντα (tum in ὁρόωντα) abierit. Qua ratione et ἰλάονται, γοάοιεν sim. et ὁρόωντο, τρυγόῳεν satis bene explicantur. Sed tum, quomodo formae ἡβώοντα, μνώοντο ortae sint, omnino non intellegitur.

Sed aliud idque gravissimum argumentum afferendum est. Eas enim tantum formas, ut jam Leo Meyerus perspexit, assimulatas reperimus, quarum posterior vocalis jam ante illam transpositionem aut natura aut positione longa fuerit: ita ut certissimo illo, quod metrum praebet, fundamento careat illa sententia atque in sola orthographia nitatur. Nunquam vero tales inveniuntur vel integrae: ὁράομεν, ὁράετε, ὁράομαι, ὁράαται .... vel assimulatae: ὁρόομεν, ὁράατε ...; qua alia de causa quam quia propter multas syllabas breves in versum non quadrant?[18]) Nam si prior syllaba semper vel tantum saepe producta erat, quid impediebat, quominus poeta his formis uteretur: *ὁρᾱ́ομεν, *ὁρᾱ́ετε cet. vel *ὁρωομεν, *ὁρᾱ́ᾰτε cet. vel *ὁροωμεν, *ὁρᾰ́ᾱτε cet.?

At enim quomodo Homerus formis illis tam necessariis ὁράομεν, ὁράετε, ὅραον cet. carere potuit?

Videas quam bonum is hujus damni remedium adhibuerit: activa enim forma ubi non quadrat in versum, usurpat mediam et vicibus versis. Ita verbi ἀντιάω semper utitur activa forma (v. tabb.), sed semel Ω 62 ἠντιάασθε. Verbi ἀμφαφάομαι exstant hae formae ἀμφαφόωντο, ἀμφαφάασθαι, neque vero *ἀμφαφοωμενος, sed ἀμφοφόων, ἀμφαφόωσα, ἀμφαφόωντες. Item μητιόωσι, -ντι, -ντες, -σα, sed μητιάασθε, μητιόωντο, ξυμμητιάασθαι; μηχανάασθαι, μηχανάασθε, μηχανόωνται, -ντο, μηχανόῳτο, sed μηχανόωντας; ὁρόω, ὁρόων, ὁράᾳς cet. (semper activa forma), sed εἰςοράασθε, εἰςορόωντο, ὁράασθαι. Eadem de causa invenimus ὑλάουσι, ὑλάει, sed ὑλάοντο (π 162), quamquam etiam ὕλαον (π 5) ultima positione producta usurpari poterat.

---

[18]) ἐχράετ' sane usurpari poterat syllaba ultima abjecta; itemque ἄαται trisyllabum non abhorret a versu heroico.

Verbi μηχανάασθαι varietatem jam Ellendtius („drei homer. Abhandll.“ 24) adnotavit, apud quem multa similia collecta habes.

Eadem autem varietas apud eos, qui Homerum imitantur, conspicitur. Quod ut eluceat, ea tantum verba adscribam, quorum, cum Homerus sola activa forma utatur, illi etiam media voce utuntur, et vicibus versis. βοάω apud Hom. semper active, sed ap. Nic. fr. 31, 4 (Didot) βοόωνται (e conj. O. Schneideri in schol. ad Apoll. I, 419); δεικανόωντο Hom., δεικανόωσι Arat. 209. — δηριάασθαι, -σθον, -σθων, δηριόωντο Hom., δηριόωσιν Maneth. 2, 278, δηριόων Nonn. D. 17, 252, δηριόωντα Quint. 4, 221. 6, 287 (δηριόωνται 4, 165. 244), Opp. Cyn. 2, 247, δηριόωντες Apoll. 1, 752, Quint. 4, 465, Nonn. D. 36, 466, Tzetz. P.H. 321 (δηριόωντο 483), δηριόωντας Apoll. 1, 493 (δηριόωνται 4, 1729. 1772), Quint. 4, 472, δηριάασκες Quint. 5, 443, δηριάασκεν Opp. Cyn. 1, 230, δηριόωσα Tzetz. A.H. 116. — ἑδριάασθαι et ἑδριόωντο Hom., contra παρεδριόων Apoll. 2, 1039, ἑδριόωντες 3, 170, παρεδριόωντες Nonn. D. 27, 242, ἑδριόωντας Orph. Arg. 807, ἐφεδριόωντα Coluth. 15, παρεδριόωσα Nonn. D. 4, 75, ἐφεδριάασκεν Tzetz. H. 392. — μαιμάω semper activa forma, semel autem μαιμώωντο Dionys. Per. 1156. — σκιόωντο saepe in Odyssea, contra ἐπεσκιόων Nonn. D. 38, 255, σκιόωντες ibid. 1, 292. 37, 40, σκιόωσα 44, 127. 48, 659, σκιόωσαν 40, 5. 43, 359, σκιάασκεν Tzetz. P.H. 248. — στιχόωντο saepe in Iliade, contra στιχόωσι Arat. 191, Orph. Lith. 269, Nonn. D. 25, 399. 26, 223. 42, 88, περιστιχόωσι Nic. Th. 442, στιχόωντα Arat. 372.

Jam si rei summam paucis astringimus, tria potissimum sunt, quae Curti sententiae de quantitatis transpositione adhuc obstare videntur: primum quod transpositionis vocalium ωο in οω nullum prorsus simile, vocalium ᾱᾰ in ᾰᾱ (ᾱαι in ᾰᾳ) omnino nullum exemplum reperire potuimus; deinde quod α verborum in -αω, priusquam vocales mutatione afficerentur, correptam fuisse ex formis homericis conclusimus;

tum quod eae tantum formae inveniuntur assimulatae, quarum vocalis posterior jam ante illam transpositionem sive natura sive positione longa fuerit.

Quae tam magni momenti mihi esse videntur, ut Curti explicationem, quamvis probabilem eo, quod omnes ex ea formae traditae — praeter *μενοινάᾳ* — bene intellegantur, non ausim recipere.

Itaque ex instituto nostro si aliam illarum formarum explicationem rationibus allatis probare possimus, periclitandum est. Quod ut fieri possit, necesse est, formas quae huc pertinent in classes distribuere. Itaque primo loco de infinitivis in *-ααν*, altero de omnibus in *-οωντ-* et *-οῳ-* formis, tertio de secunda et tertia persona in *-ᾳς* et *-αᾳ* agendum est.

## De infinitivis in *-ααν*.

In his infinitivis qua ratione postrema syllaba producta sit, dici non potest. Verum cur eam productam putemus, omnino nulla est causa. Tales enim infinitivi cum apud Homerum 25 locis (13 Iliadis, 12 Odysseae) inveniantur, 20 locis consona sequitur[19]; ex reliquis autem quinque, ubi vocalis sequitur, syllabae *-αν* productio bis excusatur caesura mascula pedis secundi, ea quae est ante caesuram *κατὰ τρίτον τροχαῖον* (*Θ* 527. *N* 27), bis semiquinaria (*μ* 47. 109), semel semiseptenaria (*B* 613).[20] Simillima ratione Rennerus „Stud." I, 2, 32 Curtium secutus infinitivos aoristi secundi activi in *-εειν* veteri errori deberi perspexit atque, ut pro eis ubique formae in *-εεν* restituerentur, commendavit.

---

[19]) *B* 297. *E* 366. *Θ* 45. *K* 530. *M* 63. *N* 215. *P* 496. *Φ* 454. *X* 400. *Ψ* 334. *γ* 484. 494. *ε* 174. 290. *ζ* 82. *ϑ* 509. *λ* 292. *μ* 124. *ο* 50. 192.

[20]) Unus hymnorum Hom. infinitivus *πελάᾱν* VII, 44 excusatur caesura semiquinaria, unus apud Hesiodum Th. 491 *ἐξελάαν* caes. masc. ped. secundi.

Nostro igitur jure contendimus infinitivos in *-ααν* Curti sententiae neque favere neque obstare, atque optime eos sola assimulatione ex *-ἄεν* oriri potuisse.

### De formis in *-οωντ-* et *-οῳ-*.

Harum formarum (*ὁρόωντα, ὁρόῳτε*) scriptura, ut jam dixi, non nititur in metri necessitate, sed sola in auctoritate veterum. Qua de causa Leo Meyerus non dubitavit, pro eis formas in *-οοντ-, -οοι-* scribere. Ratio vero, qua hanc scripturam commendare voluit, a Dietrichio refutata est.

Tamen alia fortasse ratione probare poterimus, formas in *-οοντ-* et *-οοι-* non tam alienas esse ab horum verborum historia quam putarit Dietrichius. Is monuit, formam **ὁροοντα* necessario abituram fuisse in **ὁρουντα* neque vero in *ὁρῶντα,* quae ex *ὁρόωντα* tantum oriri potuisset. Sed hac in re assentiri non possum viro doctissimo. Magna enim est differentia inter *οο* veras pristinasque atque eas *οο,* quae assimulatione ex *αο* sive *οα* factae sint. Illae semper in *ου* contrahuntur, hae semper in *ω*. Quid ita? Si recte positum est, ut est sine dubio, contractionem imparium vocalium assimulatione praeparari, ea tantum ratione ex *αο* vel *οα ω* fieri potest, ut assimulatione ortae *οο* in *ω* contrahantur. Quod si non fieret, *αο* et *οα* non in *ω*, sed in *ου* coalescerent.

Sed exemplo utar. Vocis *πειθώ* accusativus integer sonat **πειθοα,* e quo primum assimulatione **πειθοο* factum esse existimemus necesse est, ut ex *ὁράοντο *ὁροοντο*; tum **πειθοο* contrahitur in *πειθώ*: cum e contrario genetivus **πειθοος,* cujus utraque *ο* vera et pristina sit, in *πειθοῦς* coalescat. Neque vero exstat ullum exemplum, quo demonstretur *οο* ex *αο* vel *οα* ortas in *ου* contrahi.

Cujus rei quae sit ratio facillimum est intellectu. *οο* si utraque est vera et pristina, in Iade, Atthide, Doride mitiore in *ου* coalescunt, quia utraque in illis dialectis fusco quo-

dam sono, *u* simili, enuntiabatur. Sin vero *αο* et *οα* concurrunt, longe aliter res se habet. Primum assimulatione opus est. Quae fieri non potest, nisi utraque vocalis sonum suum proprium paullulum mutat, itaque utriusque sonus quidam existit, qui medium teneat inter vocales pristinas *ο* et *α*, i. e. *ο* fusca canorae *α* vi mutatur in *ο* canoram simulque *α* sequentis *ο* vi mutatur ipsa in *ο* canoram; tum duae *ο* canorae contrahuntur in *ω* canoram.[21]) Item optimo jure contenditur, *ὁρόοιτε*[22]) abire potuisse in *ὁρῷτε*, quamvis *δηλόοις* abiret in *δηλοῖς*.

Quae cum ita sint, non formas *ὁρόωντα*, *ὁρόῳτε*, de quarum explicatione desperem, sed has: *ὁρόοντα*, *ὁρόοιτε* intermedias fuisse inter *ὁράοντε*, *ὁράοιτε* et *ὁρῶντα*, *ὁρῷτε* suspicor.

Has vero formas pro illis in textum recipi non jusserim. Commendatur sane haec correctura eo, quod in vetere alphabeto attico et *ο* et *ω* littera *O* significabantur, ut errore librariorum formas *ΟΡΟΟΝΤΑ* sim. esse transcriptas in *ΟΡΟΩΝΤΑ* existimare possimus. Atque eadem suspicione moti viri docti alias quoque formas aliter atque traditae sunt scribi voluerunt, velut *ἔεν* pro *ἔην* (Leo Meyer K. Z. IX, 386 sqq. Curt. „Stud." I, 2, 290 sqq.), *ἐείκοσι* pro *ἐείκοσι* (Curtius „Tragw. d. Lautges." 35), *λιπέεν* pro *λιπέειν* (Renner. „Stud." I, 2, 32 sq.), *ὅο* pro *ὅου* (Ahrens. N. Mus. Rh. II, 161 sqq.), *ἧος*, *τῆος* pro *εἷος*, *εἵως*, *τεῖος*, *τείως*

[21]) Eadem ratione *οο* in Doride sev. in *ω* coalescunt, quia *ο* in hac dialecto canora voce enuntiabatur. Quod apparet etiam ex eo, quod ab eis **ὁραομες* non in **ὁρωμες*, sed in *ὁρᾶμες* contrahitur. Cum enim *α* sonum quendam *η* similem habeat (quare ex *ὁράετε* fit *ὁρῆτε*), *αο* ita inter se assimulantur, ut ex *α* illa (Anglica) fiat *α* pura (quam nostrates dicunt Italicam), ex *ο* canora autem eadem *α* pura.

[22]) Sunt septem tantum hujus optativi exempla apud Homerum: *ὁρόῳτε* (*εἰς-*) *Δ* 347. *Θ* 341 (*εἰςορόοιτε* AGMV), *τρυγόῳεν* *Σ* 566, *εὐχετοῴμην* *Θ* 467. *ο* 181, *αἰτιόῳο* *υ* 135 (*αἰτιόοιο* N), *αἰτιόῳτο* *Λ* 654, *εὐχετόῳτο* *Μ* 391, *μηχανόῳτο* *π* 196. Bekkerus papyri, qui *γοάοιμεν* praebet *Ω* 664, auctoritate neglecta *γοόῳμεν* scribit; idem immerito omnium librorum *γοάοιεν* *ω* 190 in *γοόῳμεν* mutat.

(Curt. N. Mus. Rh. IV, 242 sqq.), *θήης* sim. pro *θείης* (Stier. „Stud.“ II, 127 sqq.), *σπῆος, φρήατα* sim. pro *σπεῖος, φρείατα* (Brugm. l. c. 137 sqq.), *δήελος* pro *δείελος* (id. „Stud.“ V, 226).

Tamen formas *ὁρόωντα* sim. alphabeti transscriptioni deberi negarim. Nam cum haud neglegendum est, veteres criticos, qui e. g. in conjunctivis modo *ει* modo *η* scriberent, in formis assimulatione affectis summa constantia *οω* (aut *ωο*) scripsisse neque ullum de vitio *τῶν μεταχαρακτηρισάντων* cogitasse, quos aliis locis errorum arguerent (e. g. Schol. Ξ 241); tum bene mihi Hartelius „Homer. Studien“ p. 48 sq. monuisse videtur, ne nimium transscriptione excusare atque explicare studeremus: facile enim fieri potuit, ut etiam Euclide archonte probe sciretur, quo loco *ο*, quo *ω* pronuntianda esset. Nam etiam tum multos fuisse rhapsodos, qui non legendo, sed majores audiendo Homeri carmina didicissent, satis constat. Quae etiamsi nos non impedirent, quominus lectionem traditam mutaremus, una tamen exstat forma, in qua mutatione illa nihil proficimus. Imperativum medii dico *ἀλόω*, qui ε 377 legitur. Hunc Leo Meyerus ex *ἀλάε(σ)ο* ita factum esse putavit l. c. p. 57, ut *εο* in *ω* coalescerent, tum *α* sequenti *ω* assimularetur. Quam explicationem merito reprobavit Dietrichius ib. 436. Sed quod ipse voluit, *ἀλόω* eadem assimulatione reciproca ortum esse ex *ἀλάου*, qua *ὁρόωσα* ex *ὁράουσα*, non magis probari potest, quia *εο* nunquam apud Homerum in *ου* contrahitur (uno excepto *ἀνερρίπτουν* ν 78 [cf. Lob. El. II, 93], quod ob eam ipsam causam in *ἀνερρίπτεον* vel *ἀνερρίπτευν* corrigendum est). Secundum Curti sane rationem optime *ἀλόω* derivatur ab **ἀλαεο*, **ἀλᾶο* (cf. *μυθέεαι* — *μυθεῖαι*), **ἀλωο*, *ἀλόω*.

Quid vero de his formis *ὁρόωντα, ὁρόωτε, ἀλόω* cet. statuemus? „Ich glaube, wir haben es hier nur zum Theil mit einem sprachgeschichtlichen Problem zu thun, bei welchem wir innere naturgemässe Nothwendigkeit beanspruchen können, sondern zum andern Theil mit einem

technisch-poetischen, das nur aus der Seele der die homerische Sprache constituirenden Sänger heraus begriffen oder — bis zu einem gewissen Grade des Verständnisses gebracht werden kann."[23])

Ita igitur formas ὁρόωντα, ὁρόῳτε al. ortas esse existimo, ut eo tempore, quo in sermone vulgari jam nullae aliae formae nisi contractae usurparentur, rhapsodi recentiores, cum jam non bene intellegerent, quae esset ratio formarum a majoribus acceptarum, sed eas distractas esse e formis, quibus ipsi uterentur, contractis putarent, pro ὁρόοντα, ὁρόοιτε levi mutatione ὁρόωντα, ὁρόῳτε cantare coepissent. Ad hanc vero falsam pronuntiationem facile pelliciebantur formarum, in quibus jure οω pronuntiaretur, multitudine, velut ἀντιόω, μητιόωσα (cf. tab. II, 1a, III, 1a).

Cum autem rhapsodi illi carmina memoriae tradita non prorsus immutata recitarent, facile fieri potuit, ut quis analogia deceptus vulgarem ἀλῶ distraheret Homeroque ἀλόω formam inculcaret.

Simili ratione recentiores, cum saepe vocalis finalis produceretur ante liquidam consonam vocabuli proximi, quod priore tempore a duplici consona incepisset, ubique ante liquidas licitam esse vocalium productionem credebant itaque etiam ante λιγύς, μέγας cet., quae nunquam duplici consona inceperant, vocales producebant (v. Curt. „Stud." IV, 482 sqq.).

Item ex errore rhapsodorum, non eorum, qui carmina in novum alphabetum transscripserunt, imperfecta ἔην, ἤην, ἔησθα explicanda esse puto. Quae postquam Curtius „Stud." I, 2, 290 sqq. corrupta esse ex ἔεν, ἦεν, ἔεσθα suspicatus est, Hartelius l. c. 46 sqq. non ubique ἔεν, ἦεν scribi posse demonstravit. Quod cum ne antea quidem ille contendisset, in epistola ad Hartelium scripta („Stud." IV, 478 sq.) formis

[23]) Dicit haec Curtius („Stud." IV, 482) de productionibus vocalium ante liquidas et nasales factis; sed eadem de formis illis assimulatis valere puto.

illis denuo tractatis sententiam suam de ἤην diserte edixit: „So war meine Ansicht allerdings die, dass hier (τ 283, ψ 316, ω 343) ἤην wirklich gesprochen ward, dass aber diese Form ein aus falscher Nachbildung entstandenes Gebilde der Sängersprache sei.“ Neque alia ratione explicari potest ἔην *B* 687, *Ω* 630, *δ* 248. Usurparunt vero his locis ἔην, quia etiam ante consonas — formam esse distractam ex ἦν rati — ἔην pronuntiare consueverant.

### De 2. et 3. pers. in -ᾳς, -ᾳ.

Goettlingi sententiam, qui e diphthongo αι contractione nescio qua inaudita α et ι vocalium ᾳ factum esse putet, probari non posse, jam dixi. Leo Meyerus illam ᾳ omnino non explicavit (cf. K. Z. X, 47 sq.) neque magis Dietrichius.

Nos vero de -ᾳς, -ᾳ illis satis difficilibus explicatu certius fortasse judicare poterimus, si historiae verborum contractorum rationem habuerimus.

Allenius („Stud.“ III, 270) quod vocalis thematica *a* formarum **ama-ant* (*amant*), *γελα-αντι (γελᾶντι) non, ut vulgo fit, in *ο* obscurata est, analogia formarum τί-θε-μέν, θέ-ντος, λεχ-θέ-ντος excusat, in quibus non minus ε stirpis θε- servata sit quam in illis vocalis stirpis *ja*. Curtius autem in comment. de hist. verb. contr. analogiam illam optime adhiberi ratus, stirpem *ja-* apud Graecos *jε-* sonuisse (ut θε- pro *dha*) monet atque proinde *-a-jāmi* formam archetypam primum in *-a-jēmi* transiisse opinatur. Ideoque lesb. γέλα-μι e *γελαημι, γελᾶντι e *γελαεντι orta esse maxima probabilitate conjicit. Cum vero stirpis *jε-* 1. sing. et omnes pers. plur. num. analogiam stirpis θε- sequantur, conjectura sese ipsa nobis offert, etiam 2. et 3. sing. illam analogiam initio secutas esse; ita ut hic esset praesentis indicativus verbi ὁράω:

ὁρά-*j*η-μι, ὁρά-*j*η-σι, ὁρά-*j*η-τι
ὁρά-*j*ε-τον, ὁρά-*j*ε-μεν, ὁρά-*j*ε-τε, ὁρά-*j*ε-ντι.

In lingua sane sanscrita praesens declinatur: *bhara-jā-mi*, *-jă-si*, *-jă-ti*. Quod ea de causa factum esse puto, quia Indi, qui verbum *ja-* non usurparent (sed solum *jā*) prius quam Graeci, apud quos *jε-* usui fuisse testaretur *ἱέ-ναι*, haec verba cum stirpe *ja-* esse composita obliti in declinatione analogiam verborum primitivorum sequerentur. Quod si idem apud Graecos factum esset, ne prima quidem persona *γελα-ημι sonare posset (sed *γελαωμι).

Graecae vero linguae omnes omnium dialectorum formae optime e forma archetypa *ὁραjησι ortae esse possunt, quod ex hoc stemmate cognosces:

| | *ὁρα(j)ησι | |
|---|---|---|
| *ὁρααισι | | *ὁραῃς |
| *ὁρᾱσι | hom. ὁράᾳς | *ὁρεῃς |
| lesb. ὅραισι [24]) | att. ὁρᾷς | dor. ὁρῇς |

Homericum igitur ὁράᾳς eadem ratione ex *ὁραῃς factum est qua conjunctivus ἐάᾳς (λ 110, μ 137) ex *ἐαῃς vel 2. sing. praes. ind. med. μνάᾳ e *μναῃ (*μναεσαι). Eadem vero ac verborum in -αω forma archetypa statuenda est verborum in -οω et -εω. Proinde et indicativi et conjunctivi forma δηλοῖς e δηλόῃς facta est. Quod vero e *ποιε(j)ῃς non *ποιῇς, ut exspectandum erat, sed ποιεῖς factum est, eo explicatur, quod, cum omnes personae analogiam verborum in -ω secutae mutarentur itaque e *ποιε-jε-μεν, *ποιε-jε-ντι cet. *ποιέ-jο-μεν, *ποιε-jο-ντι fierent, etiam *ποιε(j)ῃς in ποιέεις transiit: praesertim cum veri esset simillimum verborum in -εω formas multo diutius quam verborum in -αω et -οω integras servatas esse. Sed etiam verborum in -αω formae, si quae (sunt duo tantum) ab antiquissimo homericae poesis tempore usque ad rhapsodos recentissimos servatae erant, ab his secundum verborum primitivorum analogiam mutatae, itaque e *στιχαῃ, *μαιμαῃ factae sunt στιχάει, μαιμάει.

[24]) Cf. Curt. „Stud.“ III, 396.

Confirmatur mea sententia eo, quod non solum severior Doris, sed etiam mitior verborum in -οω praebet indicativi formam στεφανῷ (Ahr. dor. 310), quae e *στεφανοετι orta esse non potest; e *στεφανοητι potius derivanda est, sicut conjunctivus πρίῳ a *πριοητι originem ducit. Nam quominus στεφανῷ e *στεφανωετι factum esse putem (ut infin. mit. Doridis στεφανῶν e *στεφανωεν et Atthidis ῥιγῶν e *ῥιγωεν derivandus est), me impedit cum paucitas exemplorum, quae vocalem productam praebeant, cf. p. 161 sqq., tum analogia ceterarum personarum, quae, cum in mit. Dor. μισθοῦμες, μισθοῦτε, μισθοῦντι sonent, de producta ο nos cogitare non sinant.

Jam ut rei summam comprehendam: alias formas assimulatas e verborum contractorum, alias ex homericae poesis historia atque progressu explicandas esse censeo. Et quamquam non ignoro, in hac quoque sententia dubitationi locum datum esse, atque praecipue opinionem meam de formis in -αᾳς, -αᾳ non nisi dubitanter proferre ausim, tamen eam exponere volui, cum minoribus laborare difficultatibus quam ceterae omnes, quae publici juris factae sunt, mihi videretur.

## Caput V.

## QUI FACTUM SIT, UT IN CARMINIBUS HOMERICIS ET INTEGRAE ET ASSIMULATAE ET CONTRACTAE FORMAE USURPENTUR.

Utut vero formas assimulatas explicamus, hoc certum est, eas — sive ὁρόωντα, ὁρόῳτε initio sonuerunt, sive ὁρόοντα, ὁρόοιτε — intermedias esse inter integras et contractas, itaque recentiores quam illas, vetustiores quam has. Qui autem factum est, ut in uno eodemque carmine tres istae formae aetate multum inter se discrepantes usurpentur? Eundem hominem vel hominum quandam societatem in sermone vulgari re vera unquam eandem vocem et pristina forma et recentiore ex hac orta

et recentissima ex recentiore orta pronuntiasse cogitari non potest (cf. Leskien, Fleckeis. Annal. 95, p. 1). Atque ne id quidem suspicari licet, hominem quendam consulto has formas ad vetustarum atque abolitarum normam formasse, qui eis insertis carmen suum vetustatis specie ornaret. Nam — ut omittam hanc affectationem a moribus illorum hominum indoctorum esse alienissimam — unde tandem scire poterant illa aetate, qua litterarum usus nondum notus esset vel certe nondum increbuisset, voces quasdam a majoribus aliter pronuntiatas esse atque ab ipsis? Et si re vera scire potuissent per carmina memoriae tradita, non intellegeremus, cur vetusti coloris ille amator non semper formis veteribus usus esset, sed formis recentioribus intermixtis fallaciam suam aperuisset.

Sed praeter hanc verborum in *-αω* formarum discrepantiam multa alia sunt in carm. hom. exempla ejusdem varietatis: genetivi sing. 2. decl. tribus formis usu veniunt (cf. Leskien. l. c.), quae aetate multum inter se distant; terminatio enim modo *οιο*, modo *οο* (cf. Ahrens N. M. Rh. II, 161 sqq.), modo *ου* sonat; item dativi pluralis terminantur modo in *-ησι*, *-οισι*, modo in *-ης*, (*-αις*), *-οῖς*, nom. acc. plur. neutr. modo in *ᾱ*, modo in *ᾰ* (Hartel. l. c. 42), eaedem voces modo *ϝ* instructae videntur, modo ea carent (cf. Leskieni diss.: „Rationem, quam I. Bekker in restit. *ϝ* secutus est, exam."), alia id genus multa.

Intellegere non possumus hanc formarum varietatem nisi habita homericae poesis historiae ratione. Cf. quae de hac disseruerunt Curtius, „Erläut."[2] 42, „Stud." IV, 482—490, Leskienius Fleckeis. Annal. 95, p. 2. 7, „Stud." II, 67 sqq.

Carmina homerica — solam linguam nunc respiciam — qualia ad nos pervenerunt, non possunt esse confecta intra unius saeculi spatium, nedum ab uno homine: ea enim aetas, qua carminum fundamenta jaciebantur, ab ea, qua eorum lingua quasi rigescebat atque ita constituebatur, ut nobis tradita est, quam maxime distat.

Nam qui Iliadem et Odysseam — ut ita dicam — primi contexuerunt vel potius primi singula carmina condiderunt, e quibus postea duo illa magna carmina composita sunt, sine dubio ea lingua usi sunt, qua tum omnes utebantur, i. e. ea lingua, quae cum lingua vulgari rhapsodorum recentiorum aetatis comparata pervetustam haberet speciem. Cum vero carmina vetusta illa lingua primum condita nondum litteris mandarentur, sed a patre fili, a filio nepotis memoriae traderentur idque eo tempore, quo haudquaquam poetica virtus evanuisset, sed multi essent, quos divino afflatu dignarentur Musae: minime est mirandum, quod filii non anxio animo veriti sunt, ne litteram a patribus acceptam mutarent. Neque magis mirandum est, quod illi recentiores, quamquam in universum carmina non lingua illa vetusta, sed ipsorum aetatis lingua vulgari cantarunt, tamen et singulas formulas, quae in eisdem versus sedibus saepe usu venirent, et totos versus vel hemistichia, quae saepe in illis carminibus redirent, ideoque in animis quasi insculpta essent atque ita viderentur poesis epicae propria, ut removeri non possent, summa pietate servarunt.

Et re vera ex accurata harum rerum inquisitione — dolendum est, quod adhuc parum has in res inquisiverunt viri docti — apparet, formas illas vetustas fere semper in certis quibusdam versus sedibus vel in solemnibus formulis reperiri. Ita saepissime ϝ in formulis servata est; ita genetivos in *-οιο* plerosque in certis locis vel in formulis usurpari demonstravit Leskienius; atque idem etiam de formis verborum in *-αω* statuendum esse, nos jam probare conemur.

Formarum integrarum exempla in Iliade Odysseaque exstant 64 (formis saepius repetitis pro singulis numeratis 35) et quidem in versibus 63. Hae vero formae non ubique usurpantur, sed fere semper aut in fine versus aut in caesura majore.[25])

---

[25]) Etiam aliis in rebus caesuras idem valere ac versus finem docet Imm. Bekkerus, „Hom. Bl." I, 144.

Ex 64 enim exemplis

25 leguntur in fine versus (e. g. *B* 550 ἔνθα δέ μιν ταύροισι καὶ ἀρνειοῖς ἱλάονται):

*B* 550. *Z* 370. 497. *Λ* 769. *P* 172. *Φ* 197. *X* 423. *Ω* 664. β 400. ζ 153. ϑ 551. π 9. 162. ϱ 28. 85. 178. 275. 324. τ 30. υ 371. φ 242. 387. χ 399. ψ 136. ω 362,

12 in caesura semiquinaria (e. g. λ 584 στεῦτο δὲ διψάων, πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἑλέσθαι):

*N* 583. *O* 635. *Y* 432. 490. ζ 245. κ 83. 227. λ 584. ο 255. 360. ϱ 523. τ 229,

8 in caesura trochaica (e. g. β 66 οἳ περιναιετάουσι . . . .):

*H* 9. *Π* 758. β 66. δ 96. 177. ι 23. ν 109. ω 190,

2 in caesura mascula pedis secundi: *Γ* 25. ι 21 (ναιετάω δ' Ἰθάκην εὐδείελον),

3 in caesura semiseptenaria: *Π* 352. β 50. υ 15 (ἄνδρ' ἀγνοιήσασ' ὑλάει, μέμονέν τε μάχεσθαι),

2 in caesura bucolica: ζ 292. τ 230 (αἰγείρων· ἐν δὲ κρήνη νάει, ἀμφὶ δὲ λειμών).

Restant igitur 12 versus, in quibus formae integrae aliis locis usurpantur. De his postea agetur.

Formarum assimulatarum exstant 437 exempla (formis saepius repetitis pro singulis numeratis 212) et quidem in 431 versibus. Ex his vero 437 exemplis

184 leguntur in fine versus (e. g. *A* 31 ἱστὸν ἐποιχομένην καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν):

*A* 31. *B* 92. 337. 508. 516. 539. 542. 602. 616. 648. 680. 686. 733. 841. *Γ* 266. 341. 342. 387. *Δ* 1. 4. 9. 79. 227. 432. *E* 89. 661. 903. *Z* 127. 268. 322. 415. 473. *H* 45. 214. *Θ* 42. 177. 230. 320. 435. *I* 229. 446. 596. *K* 197. 198. 206. *Λ* 73. 654. 673. 695. *M* 38. 312. 421. *N* 24. 261. 265. 775. *Ξ* 345. *O* 27. 120. 456. 542. *Π* 96. 208. 506. *P* 19. 734. *Σ* 144. 206. 312. *T* 234. 359. *Y* 125. 153. 348. *Φ* 151. 349. 431. 467. 491. 519. *X* 174. 373. 412.

Ψ 142. 300. 448. 464. 495. 509. 613. 643. Ω 23. 482. 604. 633. (= 95)

α 32. 172. 234. 404. γ 73. 123. 207. 213. 246. δ 42. 75. 142. 277. 368. 800. 822. ε 63. ζ 14. 161. η 71. 98. 114. 116. 124. 128. 161. 200. ϑ 9. 78. 92. 173. 215. 351. 384. 467. 561. ι 254. 324. κ 6. 396. λ 590. μ 95. 234. ν 29. 196. ξ 15. 214. 340. ο 28. 181. 456. 520. π 93. 107. 134. 196. 203. 344. ϱ 499. 530. 588. σ 4. 33. 40. 143. τ 386. 475. 513. 537. 586. υ 135. 166. 170. 311. 317. 370. 373. 374. 394. φ 375. 429. χ 412. 432. ψ 1. 59. 239. ω 56. 252. 319, (= 89)

in caes. semiquinaria (e. g. *E* 183 *ἵππους τ' εἰς-ορόων· —*):

*E* 183. 366. *Θ* 45. *K* 123. 239. 530. *Λ* 156. *N* 27. 125. *O* 742. *Y* 23. *Φ* 105. 249. 454. *X* 271. 400. *Ψ* 323. (= 16)

α 229. γ 484. 494. ζ 82. ι 416. λ 141. μ 47. 95. 109. ο 192. 346. π 26. τ 72. 319. 534. υ 6. ψ 91. 115, (= 19)

in caes. trochaica (e. g. *B* 458 *αἴγλη παμφανόωσα δι' αἰθέρος οὐρανὸν ἵκει*):

*B* 97. 458. *Γ* 43. 187. *Δ* 347. 378. *E* 295. 413. 418. 619. *H* 157. *K* 206. 409. *Λ* 78. 713. 761. 670. *M* 17. *N* 315. 799. *O* 723. *Π* 857. *P* 265. 308. 673. *X* 363. 476. *Ψ* 321. 629. *Ω* 62. (= 30)

γ 436. δ 139. 721. ε 69. 119. 122. 176. 480. η 35. 105. 319. ϑ 327. 341. ι 295. λ 288. 503. ν 99. 425. 435. ξ 468. 503. ο 317. 333. 385. 462. π 369. σ 111. τ 210. 264. 442. 514. υ 195. 253. ψ 353, (= 34)

in caes. semiseptenaria (e. g. *M* 63 *ἡ δὲ μάλ' ἀργαλέη περάαν· σκόλοπες γὰρ ἐν αὐτῇ*):

*M* 63. *O* 687. 732. α 301. γ 199. δ 380. 469. λ 110. μ 124. 137. ο 50,

39 in caes. mascula pedis secundi (e. g. *B* 579 *κυδιόων, πᾶσιν δέ κτλ.*):

*B* 293. 297. 579. *Γ* 325 *E* 244. *Z* 509. 514. *H* 83. 212. 448. *Θ* 52. 414. 527. *K* 565. *Λ* 82. 601. *N* 215. *O* 266. 555. *P* 572. *Y* 172. 481. *Φ* 108. *X* 321. *Ψ* 632. 786. *Ω* 355. (= 27)
*α* 25. *δ* 106. *ϑ* 196. 288. 509. *λ* 292. *μ* 282. *ο* 400. *ϱ* 545. *σ* 143. *τ* 374. *φ* 393. (= 12)

Reliqua sunt igitur 104 exempla, quae regulam nostram infringere videntur. Verum si repetitiones et formulas prorsus similes pro singulis numeramus, magnus ille numerus ita imminuitur, ut tantum 46 exempla restent. Sed ne his quidem commovemur, ut a sententia nostra recedamus.

Hoc enim posuimus: servarunt rhapsodi recentiores formas vetustas et si formae in eisdem versus sedibus saepe redibant, et si voces in formulis solemnibus saepe usurpatae ita cum proximis cohaerebant, ut mutari non possent. Jam conferamus 12 formarum integrarum, 104 assimulatarum exempla. Fere in omnibus formulas illas solemnes non agnoscere non possumus:

*ναιετάουσι πόληες ἐπιχϑονίων ἀνϑρώπων* *Δ* 45. — *ὁ δέ τ' ἐξελάων ὑπακούει* *κ* 83. — *κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος* *H* 213. *τ* 438. — *κατεσκίαον δὲ Χάρυβδιν* *μ* 436. — *οὐδὲ κατὰ μοῖραν πέραον πάλιν* *Π* 367 (cf. item in caes. bucol. *δόμεναι πάλιν* *Λ* 116. *H* 79. *X* 342. *ἰέναι πάλιν* *Π* 87. *ι* 225. *δώσω πάλιν* *X* 259. *νῆχον πάλιν* *η* 280). — *οὐδ' ὕλαον προςιόντα* *π* 5. — *μέγα πεινάοντα δίεσϑαι* *Σ* 162. — *ἀοιδιάουσ' ὀπὶ καλῇ* *ε* 61 (cf. *ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ* *Α* 604. *ω* 60. — *ἀειδούσης ὀπὶ καλῇ* *κ* 221). — *ἀναίτιον οὖταε χάλκῳ* *χ* 356.

Semper in fine versus leguntur:

*αἰτιάασϑαι ἄνωγα* *K* 120. — *ἑδριάασϑαι ἄνωγεν* *Λ* 646. 778. — *ἑδριάασϑαι ἄνωγον* *γ* 35. — *δεδάασϑαι ἄνωγα* *π* 316. — *κεράασϑε δὲ οἶνον* *γ* 332. — *κερόωντο δὲ οἶνον* *ϑ* 470. — *ἠτιάασϑε ἕκαστος* *Π* 202. — *εὐχετόωντο ἕκαστος* *Θ* 347.

*O* 369. — μνώοντο ἕκαστος *Π* 697.[26]) — μνάᾳ δὲ γυναῖκα π 431. — ὑπεμνάασθε γυναῖκα χ 38. — μνάασθαι ἄκοιτιν α 39. — ἀντιόω πολέμοιο *M* 368. *N* 752. — πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην *Λ* 104. δ 662. — κάρη κομόωντες (ας) Ἀχαιοί (ούς) *B* 11. 28. 51. 65. 323. 443. *Γ* 43. 79. *Δ* 261. 268. *H* 85. 328. 442. 448. 459. 472. *Θ* 53. 341. 510. *I* 45. *N* 310. *Σ* 6. 359. *T* 69. α 90. β 7. 408 (ἑταίρους). υ 277. — ἐφεψιόωνται ἅπαντες τ 331. — καθεψιόωνται ἅπασαι τ 372. — ἐφεψιόωνται γυναῖκες τ 370.

Posterius hemistichium invenimus: δεικανόωντο δέπασσιν *O* 86. — δεικανόωντ' ἐπέεσσιν σ 111. — εὐχετόῳτ' ἐπέεσσιν *M* 391. — Prius hemistichium: δεικανόωντ' ἐπέεσσιν ω 411.

ἐκπεράᾳ μέγα λαῖτμα ι 323 (cf. ϑ 561). — περάαν μέγα λαῖτμα θαλάσσης ε 174. — περάαν ἐπὶ οἴνοπα πόντον *B* 613. — περοωσι δὲ πουλὺν ἐφ' ὑγρήν δ 709. — πολιὴν περόωσι θάλασσαν ζ 272. — νηυσὶν περόωσι θάλασσαν ι 129.

ἐλάαν τ' ἐριαυχένας ἵππους *P* 496. — ἐλάαν σχεδὸν ἅρμα καὶ ἵππους *Ψ* 334.

γοόωντά τε μυρόμενόν τε τ 119. — γοόωσά τε μυρομένη τε *Ψ* 106. *Z* 373.

σκιόωντᾳ δὲ πᾶσαι ἀγυιαί β 388. γ 487. 497. λ 12. ο 185. 296. 471.

οὔτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάᾳ ποτὶ χέρσον *Ξ* 394. cf. κυλινδόμενα ποτὶ (πρ.) χέρσον ι 147.

ἀλλ' ἔτι μέν μίν φημι ἅδην ἐλάαν κακότητος ε 290. cf. ὀνόσσεσθαι κακότητος ε 379.

μενοινάᾳ πολεμίζειν *T* 164. cf. ἐπιστάμενοι πολ. *B* 611. ὀτρύνω πολ. *O* 402. λιλαίεσθαι πολ. *Π* 89. ἐποτρύνω πολ. *Π* 525.

γιγνώσκω, ὁρόω δὲ Μαχάονα *Λ* 651. cf. γιγνώσκω, φρονέω π 136. ρ 193. 281.

---

[26]) Huic formulae et quattuor, quae antecedunt, etiam aliud vetustatis vestigium inest, sc. ϝ. De ϝέκαστος v. Allen. „Stud.“ III, 248 sqq.

*ὁρόων ἐπ' ἀπείρονα πόντον* Δ 350. cf. *περόωσι δὲ πουλὺν ἐφ' ὑγρὴν* δ 709. *περάαν μέγα λαῖτμα θαλάσσης* ε 174. *περάαν ἐπὶ οἴνοπα πόντον* B 613.

*σὺ δ' εἰςορόων ἀνέχεσθαι* π 277. cf. *ἐγὼ δ' ὁρόων ἀκάχημαι* ϑ 314.

*ῥυπόωντα καθῆραι* ζ 87. cf. *κάθηράν τε ῥύπα πάντα* ζ 93. *κελαινεφὲς αἷμα κάθηρον* Π 667.

*ῥυπόωντα δὲ ἕστο χιτῶνα* ω 227. cf. (*λυγρὰ*) *περὶ χροῒ εἵματα ἕστο* Ψ 67. ϱ 203. 338. τ 218. 237. *κακὰ χροῒ εἵματ' ἔχοντα* ω 156. cf. etiam *μαλακὸν δ' ἔνδυνε* (*ἔκδ.*) *χιτ.* B 42. α 437. *λαπάρην διάμησε χιτ.* Γ 359. H 253.

*μένον λοχόωντες Ἀχαιοί* δ 847. cf. *κάρη κομόωντες Ἀ.*

*καὶ εὐχετόωντο θεοῖσιν* μ 356. cf. *εὔχομαι ἐλπόμενος Διί τ' ἄλλοισίν τε θεοῖσιν* Θ 526.

*μενοινώω δὲ καὶ οἶος* N 79. cf. *ὁ δέ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἶος* E 304. M 449. Y 287. *ἢ πειρήσαιτο καὶ οἶος* N 457. *ἐπιρρήσσεσκε καὶ οἶος* Ω 456.

*μενοινήῃσί τε πολλά* O 82. cf. *πολλὰ φρεσὶν ὁρμαίνοντα* K 4.

*γελώοντες τετύκοντο* υ 390. cf. *ἐπισταμένως τετύκοντο* μ 307.

*μνώοντ' ὀλοοῖο φόβοιο* Λ 71. Π 771. cf. Apoll. 4, 669 *λῆξεν δ' ὀλοοῖο φόβοιο.*

*μάλ' ἀσχαλόωσι μένοντες* α 304. cf. *ἐρητύοντο μένοντες* Θ 345. O 3. 367. γ 155. *ἀλεξώμεσθα μένοντες* Λ 348. X 231. *ἐμητίσαντο μένοντες* μ 373.

*ἀσχαλόωσι γὰρ οἵδε καθήμενοι* Ω 403. cf. *καθήμενοι ἠγορόωντο* Δ 1. *κ. εἰςορόωντο* Ψ 448. *κ. ἐψιαάσθων* ϱ 530.

*ἢ ἤδη μ' ὑπὸ χερσὶ θεοὶ δαμόωσιν Ἀχαιῶν* Z 368. cf. *ἀλλ' ἐδάμη ὑπὸ χερσὶ* B 680. 874. — *καὶ ἐμῆς ὑπὸ χερσὶ δάμασσον* Γ 352 cet.

*ἐρυκανόωσ' ἀέκοντα* α 199. cf. *βίῃ ἀέκοντα καθέξει* O 186. — *ἀέκ. δέ σ' οὔ τις ἐρύξει* η 315.

*τηλεθόωσα φύει* Z 148. cf. *πέφυκει τηλεθόωσα* ε 63.

*ἡμερὶς ἡβώωσα* ε 69. cf. *υἱέες ἡβώοντες* Ω 604. κ 6.

*ἐγὼ δ᾽ ὁρόων ἀκάχημαι* ϑ 314. cf. *οἵ που δεῦρ᾽ ὁρόωντες ἀκηχέδατ᾽* P 637.

Horum similia reperire non potui:

*γήμασϑ᾽, ἀσχαλάᾳ δὲ πάϊς βίοτον κατεδόντων* τ 159. — *ὅτε τρυγόφεν ἀλωήν* Σ 566. — *βοόωντά τ᾽ ἐφεῦροι* B 198. — *ἅμα τροχόωντα ϑύραζε* ο 451. — *βιόωντο δὲ παῖδα* ψ 9. — *κατηπιόωντο βαρεῖαι* E 417. — *κελευτιόωντ᾽ ἐπὶ πύργων* M 265. — *ἀλόω κατὰ πόντον* ε 377. — *γναϑμοῖσι γελώων ἀλλοτρίοισιν* υ 347. — *οἷά τε τοῖς ἀγαϑοῖσι παραδρώωσι χέρηες* ο 324. — *λίπον γοόωντας ὄπισϑεν* κ 209. — *μαιμώωσι δ᾽ ἔνερϑε πόδες καὶ χεῖρες ὕπερϑεν* N 75.

Attamen non solum his versibus, sed etiam eis, in quibus illae formae in fine vel in caesura majore leguntur, longe plurimis solemne quiddam inesse vel certe complures inter se similes esse eodem rhythmo, cui summo jure in his rebus multum tribuit Ellendtius in prima trium dissertationum homericarum, facile intellegitur.

Quod in omnibus persequi longum est, sed pauca quaedam adscribam. Conferas igitur haec:

In fine versus leguntur:

*κακὰ μητιόωντι* Σ 312. -*σα* O 27. — *κακὰ μηχανάασϑαι* γ 213. -*οωνται* π 134. ρ 499. φ 375. — *ἀτάσϑαλα μηχανάασϑαι* π 93. -*οωντας* σ 143. -*οωνται* ρ 588. υ 170. γ 207. -*οωντο* Λ 695. — *ἀεικέα μηχανόωντο* υ 394. χ 432.

In priore hemistichio leguntur:

*ἐνϑάδε ναιετάων* ζ 245. ο 360. — *ἔνϑ᾽ ὅ γε ναιετάων* ο 255. — *Κρήτῃ ναιετάων* ρ 523. — *πολλαὶ ναιετάουσι* ι 23. — *οἳ (αἳ) περιναιετάουσι* β 66. δ 77. — *οἰκία ναιετάασκεν* P 308. — *ἣ ἐνὶ ναιετάασκεν* ο 385.

In posteriore hemistichio leguntur:

*ἐπὶ χϑονὶ ναιετάουσιν* ζ 153. — *καὶ οἳ περιναιετάουσιν* ϑ 551. — *ἢ οἳ περιναιετάουσιν* ψ 136. — *δόμους εὖ ναιετάοντας* Z 370 et saepissime. — *μεγάρων εὖ ναιεταόντων* β 400. τ 30. φ 387. χ 399. — *δόμων εὖ ναιεταόντων* υ 371. — *ὃς ἐν Ἤλιδι ναιετάασκεν* Λ 673. — *ἠδ᾽ οἳ Στύρα*

*ναιετάασκον Β* 539. — *ἐριβώλακα ναιετάασκον Β* 841. — *ἐριβώλακα ναιετάουσιν Ρ* 172.

In his infinitivus epexegeticus in fine versus legitur:

*πέλεται φάος εἰςοράασθαι Ξ* 345. — *ἰνδάλλεται εἰςοράασθαι γ* 246. — *πάχος εἰςοράασθαι ι* 324. — *μείζονες εἰςοράασθαι κ* 396. — *μέγας ἦν ὁράασθαι σ* 4.

*ὁράᾳς* non usurpatur nisi in hac formula, quae semper in versus capite legitur:

*οὐχ ὁράᾳς Η* 448. *Ο* 555. *Φ* 108. *ρ* 545.

Initio versuum leguntur:

*ἄψ ὁρόων Γ* 325. — *πρόσθ' ὁρόων Υ* 481. — *ἐς γενεὴν ὁρόων Κ* 239. — *αἰεὶ τέρμ' ὁρόων Ψ* 323. — *αἴσχεα πόλλ' ὁρόων α* 229. — *ἥμενος ἔνθ' ὁρόων Υ* 23. — *ἧστο κάτω ὁρόων ψ* 91. — *ἵππους τ' εἰςορόων Ε* 183. — *ἀλλ' ἐμέ τ' εἰςορόων Κ* 123. — *τέρψομαι εἰςορόων π* 62. — *εἰςορόων πόνον αἰπύν Λ* 601. — *εἰςορόων χρόα καλὸν Χ* 321. — *εἰςορόων ὄψιν τ' ἀγαθὴν Ψ* 632. — *εἰςορόων Ὀδυσῆα φ* 393.

In posteriore hemistichio leguntur:

*σέβας μ' ἔχει εἰςορόωντα γ* 123. *δ* 75. *ζ* 161. *θ* 384. — *σέβας μ' ἔχει εἰςορόωσαν δ* 142. — *θάμβος δ' ἔχεν (ει) εἰςορόωντας Γ* 342. *Δ* 79. *Ω* 482. — *ἐγήθεον εἰςορόωντες Η* 214. — *μάκαρες θεοὶ εἰςορόωντες Ω* 23. — *ἐς ἀλλήλους ὁρόωντες Ω* 633. *ν* 373. — *θεὸν ὥς εἰςορόωντες η* 71. *-ωσιν θ* 173. — *θεοὺς ὥς εἰςορόωσιν Μ* 312. — *καθήμενοι εἰςορόωντες Ψ* 448. cf. *Δ* 1. *ρ* 530. — *καθήμεναι εἰςορόωσαι Δ* 9. — *ἶσα θεῷ Ἰθακήσιοι εἰςορόωσιν ο* 520. — *Ἀχαιοὶ εἰςορόωσιν ν* 166.

*αἵ δ' αὖτ' εἰςορόωσαι Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη Ε* 418. cf. *ὑμεῖς τ' εἰςορόωτε θεοὶ πᾶσαί τε θέαιναι θ* 341.

In fine versus leguntur:

*ἐνώπια παμφανόωντα Χ* 261. *Θ* 435. *δ* 42. — *ἔντε' ἐδύσετο παμφανόωντα Ι* 596. *Ο* 120. — *κλυτὰ τεύχεα παμφανόωντα Σ* 144. — *γλαφυραὶ νέες ἐστιχόωντο Β* 516. 602. 680. 733 (*ἐστιχ.* etiam aliis locis semper in fine versus). —

ναίτιον αἰτιάασθαι *N* 775. — ἀναίτιον αἰτιόῳο *υ* 135. — ναίτιον αἰτιόῳτο *Λ* 654.

In posteriore hemistichio:

μαλακώτερος ἀμφαφάασθαι *X* 373. — ἐΰξοον ἀμφαάασθαι *ϑ* 215. — ἐΰξοον ἀμφαφόωντες *τ* 586.

In priore: χερσίν τ' ἀμφαφόωντο *ο* 462.

καγχαλόων et κυδιόων semper in versus capite leguntur quidem ita, ut enuntiationem in antecedente versu inptam claudant.

Initio versus leguntur:

ὃν πότμον γοόωσα *Π* 857. *X* 363. — ἀμβλήδην γοόωσα 476. — ἐξ ὕπνου γοόωσα *E* 413. — τῆς δ' ἀδινὸν γοόωσα 721. — τῆκε, πόσιν γοόωσα *τ* 264. — θυμῷ μὲν γοόωσαν 210.

In versus capite:

μάστιξεν δ' ἐλάαν novies. — ἀλλὰ παρὲξ ἐλάαν *μ* 47. - νῆα παρὲξ ἐλάαν *μ* 109. — αἴθ' ὡς ἡβώοιμι *H* 157. ! 670. *Ψ* 629. *ξ* 468. 503 (ὡς νῦν).

Si vero omnes integrarum assimulatarumque formarum empla inter se comparaveris, etiam aliud invenies, quod ιud neglegendum esse puto. Reperimus has formas fere mper in eis formulis, quae cum eis orationis partibus, in ιibus quid egerint heroes narretur, comparatae — ut uno ocabulo significem quid velim — orationis quasi ornamenta se videantur. Inde magna illa participiorum copia (e 435 emplis sunt 498 participia), inde multi infinitivi epexegei, enuntiationes relativae, similitudines.

Quae cum quasi ornamenta essent narrationis, saepius narrationibus variis et diversis adhiberi poterant itaque enti probe infixa bene servabantur.

Raro autem formae illae in narratione progrediente reriuntur atque ne his quidem locis nisi in formulis sat itis, velut

ἐστιχόωντο octies in fine versus. — οἵ ῥα τότ' ἐστραόωντο *Γ* 187. *Δ* 378. — τὴν ἀμφεστρατόωντο *Λ* 713. — ιθήμενοι ἠγορόωντο *Δ* 1. cf. *Ψ* 448. *ρ* 530. — χερσίν τ'

*ἀμφαφόωντο ο* 462. cf. p. 191. — *δεικανόωντο δέπασσιν Ο* 86. — *δεικανόωντ' ἐπέεσσιν σ* 111. *ω* 410.[27])

Ex eis quae dixi apparet, non multum hac in re tribuendum esse ei, quod primo obtutu satis grave esse videtur. Putarit enim quis, rhapsodos ea de causa formas assimulatas adhibuisse, quia formae contractae in versum non quadrarent. Et sane verum est, multa verba non nisi formis integris assimulatisve usurpari posse: quare aliquantum etiam illud valere poterat; tamen non tantum illo tribuerim in verbis quantum in nominibus, cum multorum synonymorum copia eis praesto esset. Ita e. g. *ἀντῶ* dici poterant pro *ἀντῐῶ*, *εἰλῡφάζω* (*Υ* 492) pro *εἰλῠφῶ*, *μητίομαι* pro *μητῐῶ*, *ἐςορῶ* pro *εἰςορῶ*, verba primitiva *εὔχομαι*, *ἐρύκω*, *ἕζομαι*, *ἴσχω*, *λάμπω* pro *εὐχετῶμαι*, *ἐρυκᾰνῶ*, *ἑδρῐῶμαι*, *ἰσχᾰνῶ*, *λαμπετῶ* (*δηῶ* pro *δηῐῶ*).

Attamen contra dixerit aliquis formas integras et assimulatas in versum non quadrare nisi in fine vel in caesuris majoribus. Concedendum est his locis sat commode eas formas poni; sed pro re nata etiam aliis locis optime in versum quadrarent; ubique enim ita apte usurparentur, ut prior vocalium contrahendarum dactylum vel spondeum

---

[27]) Apud Hesiodum et in hymn. homer. similiter judicandum est de formis assimul. atque apud Hom. Apud Hesiod. enim ex 17 exemplis

6 leguntur in fine versus: Th. 388. 692. 911. Opp. 241. Sc. 211. 389.
2 in caes. semiquin.: Th. 491. Sc. 431.
4 in caes. trochaica: Th. 110 = 382. Opp. 530. Sc. 283.
5 sunt reliqua et quidem omnia in Sc. H. 27. 234. 289. 390. 430;

in hymnis autem ex 18 exemplis

7 leguntur in fine versus: Ap. 204. 264. 279. 386. 454. M. 118. XXX, 13.
3 in caes. semiquin.: Ap. 154. Ven. 84. 279 [Epigr. 14, 21].
5 in caes. trochaica: Ven. 72. Cer. 10. 193. VI, 16. XXVIII, 6.
1 in caes. masc. p. sec. VII, 44.
3 sunt reliqua: Cer. 95. 191. Ap. 209.

clauderet, posterior in arsi sequentis dactyli vel spondei poneretur. Atque eis ipsis locis ponuntur apud Homerum nonnumquam, sed non nisi in formulis solemnibus velut ἑδριάασθαι ἄνωγεν sim. cf. p. 186 sqq.

Item ei, qui Homerum imitabantur, omnibus versus locis usurpant formas illas, quamquam hi quoque praecipue in fine et in caesuris majoribus.

Apud Apollonium ex 173 exemplis formarum assimulatarum

112 leguntur in fine versus
13 in caes. semiquin.
24 in caes. troch.
2 in caes. masc. ped. sec.

atque 22 tantum restant; quae tamen omnibus versus sedibus posita nequaquam sicut Homerica excusantur solemnitate — quattuor fortasse exceptis 1, 328. 886, 2, 937, 4, 1255:

1, 328 συνεδριάασθαι ἄνωγεν. — 1, 886 χερσί τε καὶ μύθοισιν ἐδεικανόωντο ἕκαστον. — 2, 937 ῥιπὴν, εὐκήλοισιν ἐνευδιόων πτερύγεσσιν. — 4, 1255 βέλτερον ἦν μέγα δή τι μενοινώοντας ὀλέσθαι. — 1, 451 αἱ δὲ νέον σκοπέλοισι ὑποσκιόωνται ἄρουραι. — 1, 461 πορφύρεσκεν ἕκαστα κατηφιόωντι ἐοικώς. — 1, 751 ἐρσήεις, πολέες δ' ὀλίγους βιόωντο νομῆας. — 1, 755 κείνους κ' εἰσορόων ἀκέοις, ψεύδοιό τε θυμόν. — 1, 796 πυροφόρους ἀρόωσι γύας. — 1, 1156 οἳ δὲ γαληναίῃ πίσυνοι ἐλάασκον ἐπιπρό. — 1, 1272 τῆλε διαπρύσιον μεγάλῃ βοάασκεν ἀυτῇ. — 2, 127 πόλλ' ἐπιπαμφαλόωντες ὁμοῦ· τὰ δὲ παντόθεν αὔτως. — 2, 269 κλαγγῇ μαιμώωσαι ἐδητύος. — 2, 588 Εὔφημος δ' ἀνὰ πάντας ἰὼν βοάασκεν ἑταίρους. — 2, 862 μνώοντ' οὔτε ποτοῖο. — 2, 1039 καὶ τὸ μὲν ἐξείρυσσε παρεδριόων Ἐριβώτης. — 3, 286 καγχαλόων ἤιξε. — 3, 519 οὐδέ περ ὅσσον ἐπανθιόωντας ἰούλους. — 4, 77 θοοῖς ἐλάασκον ἐρετμοῖς. — 4, 165 αὐτὸς ἑὴν ἐπι νῆα παλιντροπάασθαι Ἰήσων. — 4, 529 πρὸς δ' αὐτοὶ ἐμηχανόωντο κέλευθον. — 4, 1531 ἰὸς ἄφαρ, μυδόωσα δ' ἄπο χροὸς ἔρρεε λάχνη.

Apud Quintum ex 300 exemplis
125 leguntur in fine versus
27 in caes. semiquin.
72 in caes. troch.
4 in caes. m. p. s.

atque 72 restant: 1, 58. 420. 681. 693. 701. 755. 2, 174. 312. 369. 399. 652. 3, 9. 20. 55. 59. 86. 343. 459. 648. 4, 105. 231. 403. 404. 454. 5, 72. 180. 247. 341. 346. 362. 373. 411. 595. 606. 6, 17. 18. 139. 221. 278. 304. 339. 407. 7, 75. 105. 167. 264. 314. 324. 330. 355. 478. 465. 696. 8, 6. 39. 46. 249. 359. 9, 246. 427. 11, 111. 416. 267. 458. 12, 113. 205. 343. 13, 118. 14, 205. 397. 397. 417., quae omnibus versus locis nec tantum in formulis reperiuntur. Idem invenies, si ceterorum exempla evolves comparabisque.

Deinde mihi opposuerit aliquis, multis Hom. carm. locis formulas quasdam reperiri neque eo, quod in formulis inveniantur formae assimulatae, vetustiorem earum originem probari. Atque concedo sane etiam alias voces saepe in formulis legi; sed id potissimum est affirmandum, formas assimulatas semper vel certe fere semper in talibus formulis reperiri. Videamus igitur — id quod ex nostro proposito maxime quaeritur — quid de formis contractis judicandum sit. Primum non tantum certis quibusdam versus locis, sed ubique sine ulla constantia inveniuntur. Conferas modo hos locos: *Ξ* 219 (vocalis contractione orta in prima arsi), *H* 133 (in 1. thesi), *ε* 97 (in 2. arsi), *α* 353 (in 2. th.), *B* 224 (in 3. a.), *ω* 162 (in 3. th.), *κ* 235 (in 4. a.), *Γ* 449 (in 4. th.), *O* 359 (in 5. a.), *Δ* 639 (in 5. th.), *Γ* 306 (in 6. a.), *E* 164 (in 6. th.).

Deinde quamquam harum quoque formarum haud paucae in formulis quibusdam reperiuntur[28]), tamen longe plurimae illa formulae specie carent.

---

28) Tales formulae sunt e. g: *ἀνείρεαι ἠδὲ μεταλλᾷς* *Γ* 177. *α* 231. *η* 243. *ο* 390. 402. *τ* 171. *ψ* 99. *ω* 487 (*διαιρ.*). *ὁρᾷ φάος ἠελίοιο* *Σ* 61. 442. *δ* 833. *ξ* 44. *ὁρᾶν φάος ἠελίοιο* *Ω* 588. *δ* 540. *κ* 498. *ἔπεα πτερό-*

Tum formae contractae non ut pleraeque assimulatae in eis partibus, quae ornent orationem, sed e contrario in eis, quibus narrentur facta, inveniuntur. Quare, cum ex 437 formis assimulatis 199 sint participia, 56 tantum imperfecta; e contrario ex 728 vel (neglectis illis 137 *προςηύδα*, 81 *ηὔδα*, 23 *μετηύδα*) 487 formis contractis 72 sunt participia, 214 (et 241 *ηὔδα* cet.) imperfecta.

Haud inutile videtur in fine hujus capitis adscribere quot in quoque libro formae assimulatae exstent. In Iliadis 15,693 versibus 229, in Odysseae 12,110[29]) — 208 formae assimul. inveniuntur et quidem

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Α* | 3 | in versibus | 611 | *α* | 11 | in versibus | 444 |
| *Β* | 26 | - - | 877 | *β* | 3 | - - | 434 |
| *Γ* | 9 | - - | 461 | *γ* | 13 | - - | 497 |
| *Δ* | 10 | - - | 544 | *δ* | 15 | - - | 847 |
| *Ε* | 11 | - - | 909 | *ε* | 9 | - - | 493 |
| *Ζ* | 10 | - - | 529 | *ζ* | 5 | - - | 331 |
| *Η* | 12 | - - | 482 | *η* | 11 | - - | 347 |
| *Θ* | 13 | - - | 565 | *θ* | 16 | - - | 586 |
| *Ι* | 4 | - - | 713 | *ι* | 6 | - - | 566 |
| *Κ* | 10 | - - | 579 | *κ* | 3 | - - | 574 |
| *Λ* | 15 | - - | 848 | *λ* | 7 | - - | 640 |
| *Μ* | 8 | - - | 471 | *μ* | 9 | - - | 453 |
| *Ν* | 13 | - - | 837 | *ν* | 5 | - - | 440 |
| *Ξ* | 2 | - - | 522 | *ξ* | 5 | - - | 533 |
| *Ο* | 13 | - - | 746 | *ο* | 17 | - - | 557 |
| *Π* | 7 | - - | 867 | *π* | 11 | - - | 481 |
| *Ρ* | 7 | - - | 761 | *ρ* | 4 | - - | 606 |
| *Σ* | 6 | - - | 617 | *σ* | 7 | - - | 428 |
| *Τ* | 4 | - - | 424 | *τ* | 18 | - - | 604 |
| *Υ* | 6 | - - | 503 | *υ* | 15 | - - | 394 |
| *Φ* | 10 | - - | 611 | *φ* | 3 | - - | 434 |
| *Χ* | 8 | - - | 515 | *χ* | 3 | - - | 501 |
| *Ψ* | 15 | - - | 897 | *ψ* | 7 | - - | 372 |
| *Ω* | 7 | - - | 804 | *ω* | 5 | - - | 548 |
| Summa | 229 | | 15,693 | Summa | 208 | | 12,110 |

*εντα προςηύδων*, *-δα* saepissime. *ἐξαύδα μὴ κεῦθε* *Α* 363. *Π* 19. *Σ* 74 *αὔδα, ὅτι φρονέεις* *Ξ* 195. *Σ* 426. *ε* 89. *θυμὸν ἀπηύρα* *Ζ* 17. *Κ* 495. *Π* 828. *Ρ* 236. *Φ* 179. *λ* 203. *γούνατ' ἐνώμα* *φ* 245. *χ* 10. *ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι* *Ν* 99. *Ο* 286. *Υ* 344. *Φ* 54. *Χ* 169. *τ* 36.

[29]) Falso I. Bekkerus Hom. Bl. I, 143 Iliadis versuum numerum 15,694 et Odysseae (errore typographi) 12,101 exhibet.

## Caput VI.

### DE CETERIS DISTRACTIONIBUS HOMERICIS.

Jam restat, ut paucis de eis vocibus agam, quae praeter verba in *-αω* diectasi affici credebantur vel adhuc creduntur.

1. Verba in *-οω*.

Exempla in quibus prior contrahendarum vocalium producta invenitur, velut *ὑπνώοντας σώεσκον* al. omitto, quoniam de his jam dictum est p. 161.

Formae integrae autem, quorum prior vocalis correpta est, inveniuntur *δηϊόων* *P* 566. *Σ* 195. *Ψ* 176, *ἀρόων* Hes. Opp. 460, *ἀρόῃς* 479. Explicatione non opus est. De *σόωσι, σόῃς, σόῳς, σόῃ, σόῳ* infra separatim agetur.

Sed praeter has et contractas aliae quoque exstant formae, quae distractae esse videntur e contractis: *δηϊόῳεν* *δ* 226; *δηϊόωντες* *Λ* 153, *ἀρόωσι* *ι* 108 (*ἀρόῳς*? Hes. Opp. 479), *δυόωσι* (? v. Lob. Rhem. 186). De aliis formis, quas ad verba in *-οω* nonnulli revocarunt (e. g. Buttmannus *ἐσχατόωντα, ἐστρατόωντο*), v. Lob. Rhem. 182 sqq.

De illis Buttmannus § 105, adn. 6 scribit: „Alle Formen mit der Zerdehnung *οω* und *ωο* sind bei den Epikern auch den Verben auf *οω* gemein, obgleich sie bei diesen auf eignem Wege weder durch Auflösung noch durch Zerdehnung entstehen können.“ In quibus maximi momenti est quod addidit. Nam re vera ex horum verborum historia atque ex justis vocalium mutationibus non intelleguntur. Formae intermediae inter integras et contractas esse non possunt, quia *δηϊόῳεν* contrahi necesse erat in *δηϊῷεν*, *δηϊόωντες* in *δηϊῶντες*, *ἀρόωσι* in *ἀρῶσι*.

Re vera igitur sunt distractae? Immo, hae quoque formae non possunt explicari nisi ex Homericorum carminum historia. Non fuerunt unquam in vulgari usu, sed

a rhapsodis sunt usurpatae secundum analogiam verborum in -αω.

Neque veteres aliter de hac rè statuisse, luculentissime apparet, cum ex Apolloni δηϊάασκον 2, 142 [δηϊόωντες 4, 489] (cf. Bekker. Hom. Bl. I, 49), tum ex eo, quod poetae epici posteriores, quamvis flagrantes distractionis amore, verba in -οω ea non afficiunt, exceptis paucis quibusdam atque dubiis a Lobeckio collectis Rhem. 182 sqq. Praeterea grammatici disertis verbis diectasin tribuunt secundae circumflexorum classi, non tertiae: Schol. *A* 104 (ὁ ποιητὴς ἐπὶ ταύτης τῆς συζυγίας ἔθος ἔχει πλεονάζειν τῷ ō), *M* 17. E. M. 113, 49. Eustath. 179, 34 (aliter sane unus Schol. *Γ* 266: ἀπὸ τοῦ στιχόω ἐστιχόουν ἐστιχώμεθα, ἐστιχόωντο cf. Lob. l. c. 186). Immerito igitur Lobeckius Rhem. 187 Eustathium reprehendit, qui haec habet 1618, 12: τὸ ἀρόωσι ἔοικε δευτέρας εἶναι συζυγίας· ἦν δ' ἂν καθαρῶς τρίτης εἴπερ ἐγράφετο ἀρόουσι. Nam profecto non sunt illa exempla καθαρῶς τρίτης συζυγίας, sed a cogitatis δηϊάω, ἀράω derivanda.

2. Conjunctivus verborum in -μι.

Buttmannus docuit § 107 adn. 33, in his conjunctivis vocalem contractione ortam distrahi ea ratione, ut ει vel η praefigeretur, postea autem nonnumquam ipsa corriperetur. In quo multi eum secuti sunt.

Sed longe aliter se habet res. Verborum in -μι, cum indicativus vocali thematica careat, conjunctivus vocali α (graece ο, ε) stirpibus affixa fingitur, ante quam plerumque producuntur stirpium vocales. Ita fiunt 'θή-ο-μεν, δαμή-ε-τε, στή-ε-τον, δώ-ο-μεν, γνώ-ο-μεν, θή-ο-μαι, βλή-εται cet. (cf. indicat. τί-θε-μεν, ἔ-θε-μεν, δί-δο-μεν, ἔ-δο-μεν, ἐ-θέ-μην). Pro his autem saepe secundum verborum in -ω analogiam substituuntur formae longa vocali instructae, eaeque semper in singulari et in 3. plur. activi: θήω, δαμήω, ἁλώω (σ 265), θήῃς, στήῃς, γνώῃς, θήῃ, δώῃσιν, στήωσι, φθέωσι, δώωσι, γνώωσι. Praeterea in 1. plur. θήομεν,

*στήομεν* quantitatis transpositione abeunt in *θέωμεν, στέωμεν*[30]) neque vero **δόωμεν*, **γνόωμεν*.

Cf. de his conjunct. imprimis Stieri diss. in Curt. „Stud." II, 127 sqq. et Curti adn. ad p. 133. De vocali thematica disseruit Curtius „zur Chronol." p. 227 sq. — Omnes formas Homericas collecta habes apud Kühnerum gr. gr.[2] I, 652 sq.

3. *σάος, σόος, σῶος* et quae ab his derivantur.

Buttm. § 61 adn. 3 docuit, *σάος* contrahi in *σῶς*, tum *σῶς* distrahi in *σῶος* (item Eustath. 63, 6, Mehlh. 190), idque in *σόος* corripi. Distractionem illam jure improbavit Lob. El. I, 302, quia *σῶος* non epicorum proprium esset, sed in communem usum receptum.

Forma principalis horum adjectivorum est **σάϝ-ος* (pro **σκαϝ-ος* = tectus, tutus, v. Brugm. l. c. 155 adn. 71). *ϝ* vero explosa est aut sine productione suppletoria aut cum ea: sine prod. suppl. in:

a) *σάος* — *σάον* var. lect. *Π* 252 (cf. Lob. El. II, 121), *σαώτερος* *Α* 32. *σαό-φρων* *δ* 158. *Φ* 462. *σαο-φροσύνη* *ψ* 13. 30.

b) *σόος*, cujus prior vocalis per *ϝ* obscurata est, sicut *κοῖλος, κοϝ-ιλος* a rad. *καϝ*.

*σόος* *Ν* 773. *χ* 332. *ε* 305. *ο* 42. *π* 131. *τ* 300. *χ* 38 (de *σῶς* nonnullorum locorum v. La Roche „Hom. Textkr." 358).

*σόον* (*Α* 117). *Η* 310. *Θ* 246. *Π* 252. *Ρ* 367 (*σῶν* Lips.).

*σόοι* *Α* 344. *Ε* 531. *δ* 98. *σόη* *Ο* 497. *σόας* *Ι* 230. *σόα* *Ω* 382. *ν* 364.

c) *σῶς* e *σάος* contractum, cf. Lob. El. II, 76. Male Philoxenus e *σόος* ortum putat, optime Herodianus aut e *σάος* aut e *σῶος* derivandum esse docet I, 403, 21. II, 53, 29 (cf. Io. Al. l. a Lentz. all. II, 317, 25). Ego e *σάος* ortum

---

[30]) Injuria Mistelius K. Z. XVI, 84 vice versa *στήομεν, βήομεν* e *στάωμεν, βάωμεν* (*στέωμεν βέωμεν*) orta esse putat.

se maluerim propter atticum femin. σᾶ, quod non nisi e ίη fieri potuit.

σῶς *X* 332 v. La Roche l. c. σῶν *A* 117 Arist. 367 Lips.

d) σοῦς e σόος contractum (ap. Hom. non invenitur); 'σους Lob. El. II, 121. σοῦς Herod. I, 401, 5. II, 921, 7.

ϝ cum productione suppletoria elisa est, postquam α obscuravit in ο:

e) σῶος, quod ap. Hom. non legitur. De Didymi scriptura σῷος (Herod. I, 112, 1. E. M. 714, 43) v. Lob. El. 445.

Jam ad verba homerica hujus stirpis progredimur.

Usurpat Homerus:

a) verbum primitivum σόω a rad. σαϝο vel σοϝο, quod ime vidit Bekkerus „H. Bl." I, 49, qui monuit, eandem ter σόω et σαόω intercedere rationem quam inter γόον et ιάω (cf. exempla ex Hesychi lexico allata apud Lob. hem. 21). Sunt autem haec exempla: σόωσι *I* 393 (Tyrnio σοῶσι quasi a σαόω, Apio σάωσι quasi a σάω, quom neutrum exstat), σόῃς *I* 681, σόῃ *I* 424.

b) verbum primitivum σώω a rad. σοϝο, prod. suppl. ortum πλώω, χώω al. cf. Herod. I, 456, 25. Lob. Rhem. 27.

Huc pertinent Homerica: σώοντες (quod minus apte ietrichius l. c. ex σαόοντες contractum esse putat), σώεσκον *Θ* 363, σώων ε 490 e Buttmanni conj. (gr. gr. s. v. σώζω).

c) Verbum denominativum σαόω, ab adj. σάος derivam: σαώσεις, σαώσομεν, σαῶσαι cet.

σάω 3. sing. imperf. *Π* 363. *Φ* 238, σάω imperat. ν 230 bis. 595. hy. XIII, 3. Utraque forma assimulatione orta est σάου (σάοε) sicut ναιετάωσα ex ναιετάουσα, nisi aeolico ore a *σάωμι derivata sunt. Immerito Dietrichius l. c. 436 imperativum σάω ad verbum σάομαι pertinere putat. Neque im σάω, σάου e σάεο oriri potuit apud Homerum, qui nondum in ου contraheret cf. p. 177, neque omnino exstat verbum ίομαι. De verbo σάω valde dubio v. Kühner gr. gr.[2] I, 913.

Jam videamus, quid de varia lectione *I* 681 statuendum sit. σόῃς quod vulgo legitur (ut σόῃ *I* 424) non habet offensionem: conjunctivus est verbi simplicis σόω. Sed Aristarchum legisse traditur σόῳς et σαῷς (optime his accentibus Bekkerus; La Rochius „Hom. Textkr." 359 mavult σόῳς et σάῳς). σαῷς esset conjunct. (vel optat.) verbi σαόω, cujus -οι vocalis α vi in ῳ mutata esset, ut Dietrichius l. c. ὁράοιμεν primum in ὁράῳμεν abiisse putat.

σάῳς nulla ratione explicari potest. σοῷς referre debemus ad σοόω, quod non exstat nisi apud Hesych. σοοῦται· φεύγει Lob. Rhem. 171. σόῳς denique fortasse assimulatione orta est ex σόῃς. Itaque optime σόῃς, fortasse etiam σόῳς (et σαῷς?) defendi potest.

4. ζωός, ζώς.

Buttm. eodem loco quo de σῶος agit, etiam ζωός distractum esse vult e ζώς. Ei obloquitur Lob. l. c.

*ἐλ-ελ-ίζω*, verto, corusco, concutio. De cujus verbi significatione accuratius disseruit Buttm. Lexil. I[4], 130, ex *ἑλίσσω* natum statuens. Fickius contra ([2]169 et KZ. 19, 252), putat radicem esse *λιγ*, collatis scr. *rêǵ-atê*, got. *laik-an* saltare. *ε* igitur vult esse id quod Pottius vocavit protheticum. Sed etiamsi missum faciamus quod reliqua verba duplicata vocali prothetica carent omnia, tamen id imprimis obstat, quod e vibrandi (*rêǵ*) vel saltandi (*laik-an*) notione nasci non potuit significatio volvendi (*περὶ δὲ σχεδίην ἐλέλιξεν* ε 314) et vertendi (*Z* 106. *Λ* 588). Quare praestat statuere radicem *ἑλ*, quae etsi digammatis nulla vestigia servavit tamen eadem fortasse est atque *ϝελ* illa, unde *ἑλίσσω* ortum est; — nam ut radices duas *ϝελ* et *λιγ* statuamus (C. Verb. I, 323) necessitate nulla videmur adstringi. — *ἐλελίχθημα· σεισμόν. ἐλελίστροφε· εὔστροφε, ὁλόστροφε* Hes.

*ἐλελί-σφακον* (-ος), genus quoddam ejus plantae ıae vocatur *σφάκος*, salvia.

*ἔπ-οψ*, *up-up-a*, quae cantum edit *ἐποποῖ* Ar. Av. 58. - *ἔπ-οπ-ο-ς· ὄρνεον. ἀπ-αφ-ός· ἔποψ τὸ ὄρνεον* Hes. — οπ-ίζειν (cf. (*ὀ*)*κ-ωχ-εύειν*, (*ὀ*)*π-ιπ-ας*) vocem upupae 'oll. 5, 89) Bekkerus injuria fortasse tentavit.

*ἰβ-ιβύ-ς· παιανισμός* Hes. est *ἰβύς· εὐφημία* (id.) aplicatum, quod ortum est ex *ἰύ* (*ἰϝύ*) interjectione, quam ydorum esse vult Hes., s. v. *ἰβύ*, Ionum s. v. *ἰβυκηνίσαν-* ῑς (-*ινη*- cod.); cf. *ἰού*, *ἰοῦ*, *ἰώ*. — *ἴβυξ· εἶδος ὀρνέου* ϡακτικοῦ, *ἐξ οὗ Ἴβυκος κύριον καὶ* (ex *ἰβύκη· εὐφημία* es., *ἰβυκηνο*-) *ἰβυκηνίσαι* E. M. — Ex *ἰβύειν* (*ἰβυ-j-ειν*) es. *ἰβύ-ζ-ειν* prodiit. De *β* ex *ϝ* nato cf. C. Gr.[4] 571.

*ὀδ-οδυσ-ταί· ὀργισταί* (quod nomen a lexicis nostris best) Hes. fortasse *ὀδώδυσται· ὤργισται* legendum est.

*ὀλ-ολ-ύ-ζ-ω*, ululare, unde *ὀλ-ολ-υ-γ-ή*, -*γών* etc., ıt gratum dissimilationis exemplum. Radix enim est *ul*, ıt. *ul-ul-a*, *ul-ul-a-re*, scr. *ul-û-ka* noctua, *ul-ul-i* ululabilis, lulatus, *ul-ûl-u* ululans, lit. *ul-ul-a* (F.[2] 25): Graeci ıtem cum duo *υ* subinde iterata aegre ferrent (p. 285), ro *ὑλ-υλ* dixerunt *ὀλ-υλ*, et adjecto *υ* suffixo *ὀλ-ολ-ύ-ς* γυναικώδης Phot.), *ὀλολύζω*.

*ὀτ-οτ-ύζω* est vocem edere lamentantium *ὀτοτοῖ*.

Fortasse *ἀναίνομαι* quoque si recte explicatur a Buttıanno Lexil. I[4], 259 neque ab antiquissima *ἀν* praefixi ırma *ἀνα* (*ἀνάγνωστος ἀνάεδνος ἀνάελπτος* C. Nr. 420) rofectum est, huc referendum est.

## C.

Linguae graecae et sanscritae in intensivis fingendis ıx est ut radices eae quae et a consona incipiunt et in onsonam desinunt nunquam integrae geminentur, ni consona ltera aut liquida est aut nasalis.[3]) Excipiuntur linguae ınscritae duae voces: *badh badbadh*, *gad gadgad*, [cf. lat.

---

[3]) Quae ad ling. scr. pertinent v. Benf. Vollst. Gramm. §§. 168. 69.

„*mutmut* non facere audet“ Charis. p. 240, 27 (ed. Keil)], graecae nulla. Uno enim *παμφαίνω* excepto ***omnia vocabula graeca radicem praebent in ρ desinentem***, reliqua autem valde suspecta sunt. De *κοκκύζω* v. p. 8; de *γογγύζω* dicemus infra §. 5 A.; *τέττιξ*, quod e *τεγ-τῖγ* radice ignota duxit Pottius II[1], 29, onomatopoeia fictum est neque alienum a *τῖ-τί-ζ-ω*. Earum autem radicum quae nasali terminantur quod praeter *φαν* (*φαίνω*) nulla quam novimus eam duplicationem praebet, accidit casu, cum his non obstet ea quae reliquis junctura absona. At de *βαμβαίνειν*, *γαγγανεύειν* aliter statuemus infra; de *γαγγάμη* (rete) autem et de *δανδαίνειν* (*ἀτενίζειν. φροντίζειν. μεριμνᾶν* Hes., *ἐνδανδαίνειν* id.) nihil jam constat. Eae deinde quae in *λ* cadunt radices omnes nasalem ejus loco acceperunt in priore syllaba: *ταλ ταν-ταλ* (v. infr.). — In *ρ* autem desinentium magnus est numerus:

*βαρ-βάρ-α*, emplastrum quoddam, vox fortasse non graeca.

*βάρ-βαρ-ος* et quae inde derivantur ad vocem balbutientium et peregrinorum imitandam sunt ficta; cf. scr. *balbal-â-karômi* balbutio, pers. *bar-bar* garrulus. — *βαρ-β-ακίζειν* infra §. 5 B.

*βερ-βερ-ίζειν* (*βατταρίζειν· τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ βερβερίζειν* E. M.) est idem quod *βαρβαρίζειν* (cf. *γάργαρα γέργερα*).

*βερ-βέρ-ιον*, quam vestem induit *ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων* Anacr. fr. 21 Bergk, non est radicis *var* induere (Haineb. 9), sed si graeca est vox duplicatum fortasse est *βέῤῥον· δασύ*; cf. *βειρόν· δασύ. βίῤῥοξ· δασύ. Μακεδόνες* Hes., quod e *βερ-jον* (non *βερσον*, F.[2] 475) natum esse oporteret.

*βόρ-βορ-ος*, coenum, R. incerta. Nam quod confert Benf. W. II, 142 *βρῶμος* (Diosc. *βορβορίζειν* stercus olere) vi discrepat, cum Batr. 228 rana vocetur *βορβοροκοίτης* et *ὑποβορβόριον* (Hes.) sit *ἡ τρύξ*.

*βορ-βορ-ύζειν*, *βορβορυγμός*, *βορβορυγή* (*ποιός τις*

ος, ὃν καὶ κορκορυγὴν καλοῦσιν Hes.) ejusdem radicis
l fabricae sunt cujus βάρβαρος, fortasse βόρβορος.

γαρ-γαλ-ίζειν, γάργαλος, γαργαλισμός, -λιγμα, titil-
re, sunt radicis γαλ (v. γαγγαλίζειν §. 3 A.).

γάρ-γαρ-α (pl., ψαμμακοσιογάργαρα Ar. Ach. 3) copia,
ιde γαργαίρειν plenum esse (Schol. l. l.), idem est ac γάρ-
ιλ-α· πολλά et γέρ-γερ-α· πολλά Hes., radix autem eadem
rtasse ac verbi ἀγείρω (C. Verb. I, 306).

γαρ-γαρ-ής· θόρυβος Hes., cf. γάραβος· ὀλολυγών
., et γῆρυς. — scr. gar-gar-a lyra. (γίγγρας infra.)

γαρ-γαρ-ίζειν, gargarizare, γαργαρεών uvula, R.
ιr = βορ (C. Nr. 643), cf. scr. gar-a-s βορός, ni-gal-gal,
ιa-ǵal-gul devorare, part. ǵar-gur-âṇa; lat. gur-gul-io? Id
ιod scr. gar-gar-as gurges, vortex est γέρ-γερ-ος· βρόγχος
es., duplicatione infracta gur-g-es.

Γάρ-γαρ-ον, Troadis promontorium, nuncupatum ἀπὸ
ιῦ γαργαρίζειν καὶ ἀναδιδόναι τὰ ὕδατα (Schol. O 48)
ιod commendatur ipso Homeri loco: Ἴδην δ' ἵκανεν πολυ-
ίδακα, μητέρα θηρῶν, Γάργαρον κτλ.

γαρ-γάρ-ται· λίθοι αὐτοφυεῖς Hes. post γάργαρις.

γερ-γέρ-ιμος caducus, scr. ǵar-ǵar-as mollis, R. gar,
ερ senescere (scr. ǵaran = γέρων).

γερ-γέρ-οψ· ζῶον Hes.

γερ-γύρ-α· ὁ ὑπόνομος, κυρίως δι' οὗ τὰ ὕδατα
έρεται τὰ ὄμβρια ..... ζήτει εἰς τὰ Γόργυρα· ὁ δὲ
Ἀλκμὰν (fr. 132 B.) διὰ τοῦ ε γεργύρα (E. M.). — γορ-
ύρ-α· ὑπόνομος, δι' οὗ τὰ ὕδατα ὑπεξῄει Hes. γερ-γύρ-α·
ὑλή. δεσμωτήριον id., quod γαργαρίζειν conferre vetat.

κάρ-καρ-οι· τραχεῖς. καὶ δεσμοί (Hes.), scr. kar-
ιr-a durus, R. kar durum esse, cf. κάρ-νον, carina et καρ-
-ίνος rell. §. 5 B. Cum Hesychius addat καὶ δεσμοί,
rtasse κάρ-καρ-α quoque huc pertinet, quod idem inter
ia mendosa interpretatur ἔνιοι καὶ τὰς μάνδρας[4]), et κάρ-

---

[4]) Reliquis quoque quae in glossae mendis delitescunt durities in-
catur: οὖλα ὀδόντων et πίτυρα (v. κέγ-χρος infra).

*καρ-ον* sing., quod *carcerem* significat apud Sophronem (Phot.); non autem *γοργύρη* quod confert Leo Meyer Gramm. I, 418. — *καρ-καρ-ίς· ξύλων ἢ φρυγάνων φορτίον. ἢ δεινὴ* (l. *δέσμη*) Hes. (ligna *dura?*) Ejusdem R. est q. seq.

*κάρ-χαρ-ος*, asper, acutus, idem est quod *κάρκαρος*. Qua in re ni fallimur, forma testimonium est aspiratae e muta ortae *praeeunte* liquida (*κόρκορος κόρχορος* infra), cujus rei exempla desiderat C.[4] 491 sqq. Sed fuerunt qui suspicarentur hujus vocis eandem radicem esse ac verbi *χαράσσω* (Benf. W. I, 203). Quos adjuvat quod *κάρχαρος* et quae inde manaverunt saepe acutum significant, quin mordacem: *καρ-χαρ-ίας* piscis rapax, *κάρ-χαρ-ος ῥήτωρ* mordax orator; *ἅρπην μακρὴν* efficiunt *καρχαρόδοντα* (Hes. theog. 180) eo quod idem dicit Op. et dies 573 *ἅρπας χαρασσέμεναι*. At duo sunt quae obstant: *δίψῃ καρ-χαλ-έοι* (*Φ* 541) siti asperi, vocabulum hoc solo Homeri loco positum, saepius autem apud posteriorum temporum poetas repertum eadem ac *κάρχαρος* potestate (ubi *καρχάρεος* v. l. extat): *κάρκαρος* igitur et *καρχαλέος* significatione, *κάρχαρος* et *καρχαλέος* forma inter se cohaerent. Alterum est quod verbi *χαράσσω* radix, quam Benf. *χαρ* esse voluit, minime eruta est; cf. *ταράσσω* R. *τραχ* (*ταραχή θράσσω τέτρηχα*). Quare videtur praestare prior sententia, cum facile intelligatur qui *acuti* vis e *duri* notione orta sit: *κάρχαροι· οἱ ἔσχατοι ὀδόντες, τραχεῖς τε καὶ ὀξεῖς* Hes.

*καρ-καίρειν* uno tantum Iliadis loco legitur, *Υ* 157: *κάρκαιρε δὲ γαῖα πόδεσσι ὀρνυμένων ἄμυδις*. De cujus verbi vi dubitant Scholl.: *ἐκραδαίνετο. ἐσείετο. ἐψόφει*, et Hes.: *κάρκαιρε· ἰδίωμα ἦχου. καρκαίρει· ψοφεῖ. ἐκάρκαιρον· ψόφον τινὰ ἀπετέλουν*, sed *ἐκάρκαιρεν· ἐπλήθυεν*, qua glossa licuisset Lobeckio (El. I, 174) niti *γαργαίρειν* conferenti (nec non ejusdem glossa *καρκώ λάμια* (i. q. *γοργώ*) quamvis haud multum efficiatur Hesychianis ad ejusmodi consonarum vicissitudinem probandam). Videtur autem rem expedire ipse Hesychius: *κάρ-αβος* (*-γος* cod.)· *ὁ τραχὺς ψόφος, οἷον πριόνων* (cf. *γαργαρής* = *γάρ-αβος*), unde

R. apparet καρ (cf. vernaculum *hal-len*, scr. *kar-kar-i* quod videtur lyram significare.)

Κέρ-κυρ-α et Κόρ-κυρ-α, R. κυρ, κυλ, unde κυρ-τός, κύ-κλ-ος, insula *rotunda*. — Cf. Κυρ-ήνη.

κορ-κόρ-ας· ὄρνις. Περγαῖοι (Hes.) vox fortasse non graeca. — Scr. *krakara* (perdix) aut ex **karkara* natum est *r* consonae metathesi (cf. palaeosl. *klo-kol-ŭ*, *gla-gol-iti*) aut est radicis *kra-k*, κρε-κ §. 5 B. κερ-κόρ-ωνος nomen avis indicae.

κορ-κορ-υγή strepitus bellicus (cf. κορ-ύγης· κῆρυξ. Δωριεῖς Hes.), διακορκορυγεῖν usurpatum de crepitu ventris. κόρ-κορ-ος· εἶδος ἰχθύος, cf. πεπραδίλη (infra §. 3 F.). Etiam scr. *kar-kar-î* et palaeosl. *klo-kol-ŭ*, lit. *kan-kal-as* campana (F.[2] 36) huc refero, vel potius ad omnia quae huc pertinent: nam et καρκαίρω et κορκόρας et reliqua videntur ejus radicis *kar* esse de qua dicemus s. v. κρίκε §. 5 B.

κόρ-χορ-ος (Theophr.), planta quaedam, Ar. Vesp. 239 κόρκορος; utramque formam Hes. exhibet. Bene monuit F.[2] 1058 quod ejusdem plantae genus quoddam (corchorus olitorius) sanscrite vocatur *kakkhaṭa-patraka* (*kakkhaṭa* (durus) = *kar-kar-a*, *patra* = πέταλον), unde elucet plantam a duris foliis nomen accepisse (cf. κάρκαρος κάρχαρος).

μάρ-μαρ-α· λαμπρά Hes. R. μαρ, cf. Μαῖρα i. q. Σείριος. Accedit μαρμάραι· αἱ τῷ ἐρυθροδάνῳ βεβαμμέναι. Unde nomen *marmor* accepit, μάρμαρος, qua voce Homerus quidem magnum cujusque generis lapidem significat, reliqui autem τὴν λευκὴν λίθον (Hes.). Propagata sunt inde μαρμαίρω, μαρμαρύσσω, μαρμαρυγή.

μέρ-μερ-α ἔργα i. e. φροντίδος ἄξια (Hes.), πολυμέρ-μερ-ον· πολυμέριμνον id., μέρ-μηρ-α cura sunt radicis μερ, unde *me-mor*, μέρ-ιμνα. Activa autem vi μέρμερος est id quod πανοῦργος, cf. μερ-μηρ-ιχοί· οἱ πειραταί Hes., unde fortasse Μέρμερος appellatus est Ili pater (α 259) [cf. Μάρμαξ p. 298]. μερμαίρω (Orph. Arg. 766) nisi ab ipso poeta fictum antiquam radicis formam (cf. μάρ-τυς) servavit.

Unde librarii vitio prodiit *μερμέρω* Hes., quod graecum esse non potest.

*μορ-μορ-ίων.* — Lapis quidam significatur mormorionis nomine (Plin.), quod nomen videtur graecum esse quamvis a libris graecis desit.

*μόρ-μορ-ος· φόβος* Hes. et *μορ-μορ-ύττειν μορ-μολ-ύττειν* terrere ad *μορ* radicem redeunt, cujus in reliquis linguis ig. nulla sunt vestigia; nam quod Benf. W. II, 39 contulit lat. *murmurare* (*μορμύρω*) est alienum. Neque enim ulla quae huc pertinet vox significat susurrando terrere, sed forma et specie: *μορ-μολ-υκεῖα· τὰ τῶν τραγῳδῶν προσωπεῖα. μορ-μ-όνας· πλάνητας δαίμονας* Hes., *μορ-μορ-ωπός* Ar. Ran. 925, neque *ο* vocalis in utraque syllaba usurpatae est ratio; *μύρ-μ-ος· φόβος* (Hes.) autem e *μόρμος* ortum est (*μόρ-μ-οι· φόβοι κενοί* id.). Et nihili est quod Hes. interpretatur *μορ-μύρ-ει· ποιὸν ἦχον ἀποτελεῖ, ταράσσει, πλημμυρεῖ, δεινοποιεῖ,* in etymologicis periclitatus; prorsus enim refutatur *μορμολύττομαι* et *μορμύρω* verborum usu. — *μόρμορος καὶ μορμυραία* (?)· *φόβος* Hes. — *μορμώ* rell. §. 5 A.

*μορ-μύρ-ω* murmuro. — Praeter sanscritam linguam omnes *u* vocalem hac in voce exhibent: lat. *mur-mur, murmur-are;* palaeogerm. *mur-mur-ôn, mur-mul-ôn* (*mur-mor-ôn mur-mer-ôn mur-mel-ôn*), scr. *mur-mur-a* ignis crepitus, *murmur-â* fluminis nomen; lit. *mur-m-ù* dupl. infracta; ex sanscrita autem lingua accedit: *mar-mar-a* murmur. Hesychii *μυρ-μύρ-ων ἢ μορμύρων· ταράσσων* haud magni est cum H. ipse indicet *ἢ* particula se de priori forma dubitare.

*Περ-πέρ-ης* n. pr. — *Per-per-na*? — *Περ-περ-ηνή* Troadis urbs. Cf. *Πάρ-ις* (i. q. *Ἀλέξανδρος*, cf. zend. *par* pugnare, scr. *pâr-aja* resistere)?

*πέρ-περ-ος per-per-us, περ-περ-εία per-per-itudo, περ-περ-εύομαι* nugari mirum est quod apud infimae tantum aetatis scriptores leguntur, quamquam e lingua latina non deprompta, testibus vocibus derivatis [cf. *βαβύρτας* infra §. 3 H.].

*πορ-φύρ-ω*, aestuare, R. *φυρ* (C. Nr. 415). Ex aestuandi autem notione crevit ea quam praebet *πορ-φύρ-εος* (*aestuat ignis* Virg. Georg. 4, 362) et *πορ-φύρ-α*. — cf. *φύρω* misceo.

*ταρ-ταρ-ίζειν* (*τὸ ῥιγοῦντα πάλλεσθαι καὶ τρέμειν*), *Τάρ-ταρ-ος*, R. *τερ*, *τρε-σ* (*τρέω*, terr-eo). — *ταν-θαρ-ίζειν* v. infra §. 3 A. Etiam *ἀτάρτηρος* huc revocandum esse censuit Benfejus („sehr erschrecken machend", W. II, 253) probante L. Meyer Gramm. I, 419, negligens Hesychianum *ἀταρτᾶται· βλάπτει* (-*εται*?). *πονεῖ*. *λυπεῖ*, unde elucet *ἀταρτη-ρός* eodem modo atque *ἀτη-ρός* fictum esse. (Quod voluit Lob. El. I, 162 *ἀταρτηρός* ex *ἀτη-ρός* duplicatione natum esse, probari non potest.)

*τορ-τυρ-όμενον· νιφόμενον* libenter ab Hesychio accipio M. Schmidtio nescio cur suspectum. Nam simplicem quoque radicem graeca lingua exhibet: *τύρ-βα* (adv.), *τύρ-βη* *tur-ba*, cf. scr. *tur*, cujus part. *tar-tur-âṇa* legitur in libris Rig-Vedae. Quo verbo haud inepte significatur *συρ-μός νιφετῶν* Anthol. 7, 8, 4 (R. *συρ* = *τυρ*, *σύρ-βη* = *τύρ-βη*). Cf. quod palaeoscand. *drifa* nivem significat, ductum a verbo *drifinn*, got. *dreiban* (Haineb. 9).

---

Quibus subjungimus unum verbum cujus radix non in *ρ* desinit, sed in nasalem (*πάμπαν* autem, unde *παμπή-δην*, omittimus non e radice duplicata, sed ex accusativo geminato ortum):

*παμ-φαν-άω* et *παμφαίνω* quin e *φαίνω* duplicato progressa sint nemo dubitavit post Sylburgium, qui adj. *πᾶν* priorem esse partem putavit ignorans praeceptum regium quod vocatur Scaligeri (Lob. Phryn. p. 632). Inter *παμ-φανάω* et *φαίνω* eadem ratio intercedit quae inter tintinnare et tinnire.

## D.

Tria sunt de quibus hucusque disputavimus radicum duplicatarum genera, quorum vicibus fungantur *βα*, *αρ*, *βαρ*.

Earum autem quae aut ab initio aut a fine consonis binis sunt praeditae, nulla integram duplicationem praebet. Quare de priore quidem genere infra dicemus, de eis autem quae in duas consonas desinunt quid statuendum sit melius apparebit cum in ejusmodi verbum inquisiverimus.

*δαρ-δάπ-τ-ω* idem est quod *δάπτω*, unde grammaticorum nonnullorum suspicio orta est priori syllabae *ρ* consonam extrinsecus additam esse ad **δα-δαπτω* intendendum (Passow Lex. s. lit. *ρ*), vel *π* consonae loco subrogatam (*δαπ-δαπτω*), cum *πδ* literae insociabiles sint (Lob. El. I, 159). Quorum mentionem non fecissem — *ρ* euphonicum enim est in priscae artis scrutis — nisi Buggius cum verbo illo nuper (KZ. 19, 427) comparasset scr. *ǵań-ǵabh-jatê* (R. *ǵambh*)! — Neque id quod placuit Pottio (Doppelung 212), G. Curtio (Verb. I, 238) [*δαρ-δάπ-τ-ω* = R. *δαρ* (*ἐ-δάρ-ην*) + R. *δαπ* (*δάπ-τ-ω*)] videtur veritatis specie niti. Nullum enim extat certum duarum radicum in unam contractarum exemplum, neque casu accidit quod non graeca lingua sola nunquam, ut videtur, verbo verbum addidit componendo, sed linguae omnes indogermanicae, solis exceptis verbis auxiliaribus *as, ja, dha* (G. Curtius z. Chronol. d. Indogerm. Spr. p. 207). Cui legi non repugnant *στρεφε-, στροφο-, τροχοδινεῖν, μαρ-αυγεῖν, ὁρ-αυγεῖσθαι*, quorum pars prior nominis vice fungitur. Neve sit qui haereat in *φαγέδαινα* substantivo, quod videtur duabus radicibus synonymis *φαγ* et *ἐδ* conjunctis idem significare quod altera radice bis posita *ἐδηδ-ών· φαγέδαινα* Hes. vel simplex *φάγαινα· φαγέδαινα, νόσος φῦμα ἑλκῶδες νεμόμενον* (id.), sed duplicatum ad posteriorum scriptorum *ὁλόπασι* i. q. *παντάπασι* adverbii similitudinem, fictum autem eadem fere ratione qua *γαρέλαιον· γάρος καὶ ἔλαιον* Hes. Sed quod jam Lobeckius conjecit Prol. 35 *φαγέδαινα* femininam quasi formam esse nominis cujusdam **φαγ-εδών*, probatur collatis *τυφ-εδών τυφ-εδανός* et *λέων λέαινα, θεράπων θεράπαινα*, et eo quod Ar. Nub. 666 ludens finxit *ἀλεκτρύαινα*. — Quam ob causam praestat id quod protulit Haineb. p. 14, qui *δαρ-*

*δάπτω* e **δα-δραπτω* metathesi natum esse censet; *δράπτω* autem idem esse vult ac *δρέπω*, *δρέπτω* vocali genuina servata. Quocum fortasse facerem nisi aliud ejus metathesis exemplum desiderarem in verbis duplicatis; nunquam autem Graeci duplicationem metathesi obscurarunt.[5]) Quare id solum videtur restare ut censeamus *δαρ-δάπ-τ-ω* e **δαρ-δαρπ-τ-ω* ortum esse. *Δρέπω* enim natum est e R. *δρακ* carpere, unde *δρακ-ός· τῆς χειρός* Hes., *Δρέκ-ανον* (Coi insulae promontorium, Strab.) i. q. *Δρέπ-ανον*. Ejusdem autem radicis est *δάρκ-ες· δέσμαι* Hes. — Licet igitur haec inter se conferre: *Δρέκ-ανον*: *δάρκ-ες* = *δρέπ-τ-ω*: *δαρπ-τ-ω* (cf. *δ ά ρ π - η· σαργάνη. κόφινος* Hes.?); *δαρ-δαρπτω* autem alterum *ρ* amisit quia displicuit interdum Graecis ejusdem literae liquidae repetitio. Quare *δρύφακτος* dixerunt pro *δρύφρακτος*, *Θρινακία* pro *Θρινακρία*, *θιπόβρωτος* pro *θρι-πόβρωτος* (Lob. Paral. p. 15 not.), etiam *φύγ-εθλον* pro *φλύγ-εθλον* (Pott. II², 778). E *δαρ-δαρ-π-τ-ω* igitur prodiit *δαρδάπτω*; id autem quomodo natum sit quaerendum est. Potuit sane et debuit R. *δαρπ* ita duplicari ut *π* consona omitteretur in priore syllaba; at fortasse alia ratio magis placebit. Radix illa *δαρ-κ* (*π*) crevit consona determinativa *κ* e radice *δαρ* (*δερ*), scr. *dar* scindere, lacerare (unde carpendi notio orta est: *δάρ-ιν· σπιθαμήν. Ἀρκάδες* Hes.). Quae radix determinata unius linguae graecae est, simplex autem *dar* praebent praeter ling. scr. et zend. palaeosl. *der-ą*, lit. *dir-iù*, got. *tair-an*, palaeog. *zër-an*; praeterea duplicatum *dardar* legitur in libris Rig-Vedae. Et si inde quod lingua graeca sola radicem determinatam praebet non licet conicere in ipsa lingua graeca fuisse ejus primordium (nam quae sit consonarum illarum vetustas nemo nescit), tamen comparatis aliis multis recentior ejus origo fortasse probatur. Quare haud alienum videtur suspicari *δαρ-δαρ-π-τ-ω* e radice duplicata *dar-dar* similiter ac *δαρπ-τ-ω* e *dar* ortum esse (*dar* : *δαρπ* = *dardar* : *δαρδαρπ*), consona de-

---

[5]) *ἐγεργεῖ* (Hes.) quod affert H., scribendum est *ἐγερτί*.

terminativa radici jam duplicatae addita. Quod ne audacius dictum videatur haec moneam.

1) Voces duplicatas eas quarum duplicatio integra est perantiquas esse elucet inde quod magnum numerum earum complures linguae praebent (cf. *βάρβαρος γαργαρής γαργαρίζειν γεργέριμος κάρκαροι κόρχορος (κάρχαρος) μέρμερος μορμύρω* all. supra); idem magis etiam perspicuum fit duplicatione infracta (§. 5 A).

2) Has autem radices antiquitus geminatas jam antiquissimis temporibus ***novam quandam radicem*** quasi simplicem effecisse docent duplicationis infractae formae haud rarae, quas ob ipsam illam unitatem mutilas evasisse prius quam lingua terminationes adderet radicibus, veri simile est.

3) Consonae determinativae alias quoque ad radices amplificatas accessere: *ἐγρ-ηγόρ-θ-ασι.* Cf. *φα-έ-θ-ω* cujus *ε* extat etiam in *φα-ε-σί-μβροτος, ὄλ-λυ-μι ὤλ-ε-σα ὀλ-έ-κ-ω, καλ-ί-ω καλ-ι-νδ-έ-ω (κυλίνδ-ω)*; R. *ϝερ* : *ἕρκος* = *ἐρύω* : *ἐρύκω*. Paullulum differt si *αν* augmentum additur radici auctae: *ἀλύσκω ἀλυσκάνω, ἀμβλίσκω ἀμβλισκάνω, ὀφλισκάνω, ἐνριγισκάνειν· ἐνριγοῦν* Hes. (C. Verb. I, 259). — Etiam *ju-na-ǵ-mi* fortasse et reliqua verba sanscrita quae *na* syllaba aucta sunt consonam finalem determinativam radici addiderunt postquam *na* syllaba (e qua orta est nasalis: *ju-n-g-o*) accessit (*ju* : *ju-g* = *ju-nâ-mi* : *ju-na-ǵ-mi*)[6]): nam *a* vocalem post nasalem temere ortam esse nunc non erit qui credat.

*Μάρ-μακ-ος* Pythagorae pater et *Μάρ-μαξ* Hippodamiae procus nomina duxerunt e rad. *μαρκ, μαρπ* (C. Nr. 626) unde *μάρπ-τ-ις* latro, *βράξαι* et *μάρψαι* i. q. *συλλαβεῖν, βρακεῖν· συνιέναι* (Hes.). *Μάρμακος* igitur dictum est pro *Μαρ-μαρκ-ος, Μάρμαξ* pro *Μαρ-μαρκ-ς,* de qua

---

[6]) Quod quamvis non aeque quadret in omnes ejus generis radices, tamen spectare convenit quae exposuit Windisch KZ. 21, 407 sqq., praesertim postquam Fickius docuit quamquam non sine repetita audacia quantus numerus sit radicum consonis determinativis auctarum.

dissimilatione modo verba fecimus. Radicem autem illam *μαρκ* (tangere, capere) *κ* accepisse additicium elucet collatis his: scr. *mar-ç* = lat. *mul-c-ere* (*vi-març* = *βρακεῖν*); scr. *mar-k'* laedere, lat. (intr.) *mar-c-ere*; scr. *mar-ǵ* = *ἀ-μέρ-γ-ω*, *ὀ-μέρ-γ-ω*, *ὀ-μόρ-γ-νυ-μι*; scr. *mar-d* terere = *μέλ-δ-ω*, *ἀ-μαλ-δ-ύνω*. Unde apparet radix *mar* determinata cujus vis est mulcendi (*ἀ-μαλ-ός*) et terendi (cf. vernaculum *mahl-en*, *mal-m-en*), unde palpandi et animo comprehendendi notiones crevere, cf. *δυσ-βράκ-ανον· δυσχερές, δύσληπτον, δυσκατα-νόητον* Hes. Et hac quoque in radice fieri potuit ut consona determinativa accederet ad breviorem formam *mar* duplicatam (*mar-mar-k*), unde melius fortasse intelligeretur, cur prior syllaba *ρ* consonam praeberet (cf. autem quod ejusdem radicis est *Ma-merc-us*, quae osca Marci nominis forma fuit auctore Festo p. 130b): sed videtur obstare quod hujus radicis consonae determinatrices variae et diversas significationes efficientes in compluribus linguis extant, duplicationis autem perantiquae solum videtur testimonium esse vernaculum *mal-m-en*, cujus est duplicatio infracta. Quare ut hic idem censeamus quod supra dubitanter, complura deficiunt indicia. — Nomina autem illa quid significaverint non habeo qui plane eruam: fortasse enim idem valent ac *Νοήμων* (*Ἰθακήσιος* *B* 386, *Πύλιος* *Ψ* 612), fortasse id quod *μάρπτις* (cf. *Μαρψίας* et *β* 71 sqq.).

*ἀλ-αλκ-εῖν*, aor. dupl., cf. *ἀλκ-ή*, *arc-ere*, quam radicis scr. *ar* (*ἀρ-αρ-ίσκω*, ved. intens. *al-ar-ti*) determinatione ortam esse fortasse recte suspicatus est Fickius[2] p. 1021. E cujus participio per *παρασχηματισμόν* factum est *Ἀλαλκομενεύς* (cf. *Ἰδομενεύς* *Δαμναμενεύς*) Jovis epitheton (E. M.), cujus feminina forma est *Ἀλαλκομενηίς* (cf. *Αἰοληίδι μολπᾷ* Pind.) [C. Gr.[4] 624].

## §. 2. DE DUPLICATIONE AUCTA.

### A.

A linguae graecae duplicatione aucta una lex aliena est quam lingua sanscrita praebet. In intensivis enim verbis sanscritis fingendis vocalis radicis non solum repetitur ut in perfectis: *bu-budh-ima*, sed *ă* vocali inserta simul augetur: (*b*(*a*)*u-budh-ya*) *bô-budh-ya* (*ô* = *ă* + *u*), R. *lih lê-lih-ya* (*ê* = *ă* + *i*), R. *gar ǵâ-gar* (*â* = *a* + *a*). Idem vocalis augmentum (*guṇa* vocant Indorum grammatici) sunt qui in duplicatione graeca nonnusquam usu venisse statuant, velut Gerlandus (p. 41), qui verbi *κηκίω η* ex *αι* ortum esse contendit. At dorica forma est *κᾱκίω* (Ahr. Dor. 140), radix autem videtur esse *καγκ* (*καγκ-ύλας· κηκῖδας* Hes.), productione suppletoria *κηκ* (cf. *νήδ-υμος* R. *nand* (scr.) gaudere, Hes. *ἄ-νανδ-ες· οὐκ εὐάρεστον* [?]), unde *κηκ-ίς*, *κηκ-ίω*. Neque de *δείδω δείδιὰ δείδοικα δειδίσσομαι*, *δειδίσκομαι δείδεγμαι* eo modo est statuendum quo voluerunt Benf. I, 241, Leo Meyer KZ. 7, 199, legem illam sanscriticam graecae linguae tribuentes. Nam id primum spectandum est quod praeter illa verba aliud nullum extat quod ejusmodi duplicationis speciem praebeat; tum autem, quod radicum ipsarum natura alia quaedam ratio commendatur.

Priorum enim verborum (*δείδω* — *δειδίσσομαι*) radix est *δι*, timere (C. Nr. 268), unde *δι-κ* (*δειδίσσομαι* = *δει-δικ-jo-μαι*) crevit adjecta ea consona determinativa de qua disseruit Fickius[2] 975. E *δι* autem radice duplicata natum est *δείδω*, quod ex *δε-δι-ω*, *δε-δj-ω* prodiit epenthesi (*ἐνί εἰνί εἰν*). Praeterea autem *j* consona ante *ι* vocalem exorta evaserunt *δjι*, *δjι-κ*, quorum alterum eodem modo auctum ac *λιπ λειπ* (cf. *δεῖ-μα*) extat apud Homerum: *ἔδδεισεν* (cf. *περίδδεισα περιδδείσας ὑποδδείσας*) i. e. *ἐ-δjει-σεν* ea assimilatione mutatum qua *κριδδέμεν* (*κριδ-jε-μεν*) *κρίζειν* (Ahr. Aeol. 175). Formae *δjι* autem perfectum est *δε-δjι-α*, epenthesi *δείδια*; formae *δjι-κ* praesens duplicatum *δε-δjικ-*

*jo-μαι δει-δίσσο-μαι*, ejusdem perfectum *δε-δjοικ-α δεί-δοικ-α* (cf. *λέ-λοιπ-α*).

Reliquorum autem (*δειδίσκομαι δείδεγμαι*) eandem radicem esse atque *δείκ-νυμι δεικ-ανάομαι* verborum jam vidit Buttm. A. Gr. II², 144. Quorum radix est *δικ*, unde *δjικ* ea ratione prodiit quam modo exposuimus. *Δει-δίσκομαι* igitur e *δε-δjικ-σκο-μαι* factum est; *δεί-δεγ-μαι* autem perfecti haec est ratio: e radicis *δjικ* perfecto *δε-δjειγ-μαι* (*λιπ λέ-λειμ-μαι*) epenthesi prodiit *δει-δειγ-μαι*, inde autem *δείδεγμαι* ea longae vocalis et diphthongi praecedentis consonas binas correptione, quam exhibent att. *ἕζετο, ἑλληνίσθησαν* (C. Verb. I, 136), *κῆρυξ κήρῡκος*; hom. *κέ-σκετο* R. *κι*(*κεῖ-μαι*), ion. *ἀπόδεξις, ἕσσων, κρέσσων, μέζων*.

Neve sit qui putet cum Gerlando p. 185 *δειδίσκομαι* ex *δεδίσκομαι* ea *ι* vocali inserta nasci potuisse quam praebent *δαί-δαλ-ος, μαι-μά-ω*. Nam quam mire lingua egisset si *ε* vocalem ad perfecti ritum attenuatam rursus auxisset gravissimo in universa duplicatione augmento! — Quae si recte disputavimus,

*κω-κύ-ω*, lamentor, non idem est ac scr. *kô-kû-ja*, quod Fickius vult p. 44, *ω* fortasse ea ratione natum ratus quam suppeditant *μῶ-μος* (*μοϝ-*) ortum ex R. *μυ* (*ἀμύ-μων*), *ζω-μός* (*ζοϝ-*) ex R. *ζυ* (*ju-s*) vel *φώσκω* (*δια-* Herod. III, 86) i. q. *φαύσκω*. Nam quamvis utriusque verbi *ku* radix sit, duplicationis ratio est diversa: est enim *ω* illud simile vocis *κό-χυ* *ο* vocali pro *υ* dissimilationis causa usurpatae, sed ad duplicationis vim augendam productum (cf. scr. R. *tu*, aor. causat. *tû-tô-t, pur pûrpurantu* R. V.). Unde *κωκυτός* luctus et *Κώκυτος, ὅς δὴ Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀποῤῥώξ* κ 514.

*νη-νέ-ω* (*ἐπ-ε-νή-νε-ον παρ-ε-νή-νε-ον* Hom., Ap. Rh., Q. Sm.) est idem quod *νέω* (cumulo). Quo in verbo editorum nullus secutus est Bekkerum, qui *ἐπ-, παρ-ενήεον* scripsit praeter auctoritatem librorum et poetarum alexandrinorum.

Praeter duo haec verba aliud nullum extat quod priorem syllabam exhibeat productione auctam, nam de *Δηλάντου*

πεδίον Theogn. 802 non assentior Gerlandio p. 186; τητάομαι autem, quod duplicatum esse voluit Leo Meyer I, 428, denominativum est τήτη substantivi, de cujus origine et forma certi nihil constat (sed cf. F.[2] 210); βωβύζειν Hes., cum natum videatur e *βομβύζειν (βομβ-έω,-υξ) non recte in duplicatis a G. Curtio (Verb. I,' 323) enumeratum esse putaverim. Monendum autem est verborum eorum quae ι vocalem priori syllabae tribuunt, nonnulla hanc praebere similiter productam (cf. κῖ-κυ-ς πῖ-πί-ζω τῖ-τί-ζ-ω supra, μῖ-μέ-ομαι rell. infra).

B.

Plura autem sunt quorum syllaba posterior producta est (ἀκ-ωκ-ή). Quam duplicationem ne quis in duplicationis suffixae generibus habeat duo sunt quae moneam.

1) Primum est quod verba duo extant quorum prior syllaba simul est imminuta: ἰ-ωγ-ή ἰ-ω-ή, quibus indicatur *priorem* syllabam quasi additamentum esse.

2) Alterum est quod eae quae huc pertinent voces atticae quae vocatur duplicationis perfectorum similitudinem praebent. ὀμ-ώμ-ο-κα enim et ἐγρ-ήγορ-α [7]) secundae syllabae vocalem exhibent productam, qua re indicatur eam syllabam genuinam verbi radicem esse (cf. etiam τέ-θηλ-α rell.).

Quam alteram ob causam magis licet dubitare num vocalis productione illa major vocis vis revera efficiatur, quamvis collatis inter se ἀγαγεῖν et ἀγωγή hujus major vis esse videatur. ω autem vocalis, qua praesertim species illa efficitur, etiam perfectorum nonnullorum est: ἵημι ἀφέωκα ἀνεῶσθαι, πίπτω πέπτωκα (cf. πτῶσις), ῥήγνυμι ἔῤῥωγα

[7]) Qui cum Fickio scribunt ἐ-γρή-γορ-α falli videntur. Neque enim respiciunt ἔδ-ηδ-α ὄδ-ωδ-α ὄπ-ωπ-α perfectorum similitudinem, et putant perfecti syllabam duplicatam, ceterum tam levem ut augmenti speciem haud raro praebeat, vocalis productione augeri potuisse. ἀ-λή-λιφ-α ἐ-λή-λυθ-α ἐ-ρή-ριγ-μαι (ut scribit F.[2] 169. 394. 168.) autem perfectorum η vocalis tum carebit interprete.

(cf. *ῥώξ*), neque *ἐδωδή* gravius est quam *ἐδηδών*. — Mirum est quod nomina sunt vel e nominibus ortae omnes quae huc redeunt voces graecae (cf. scr. *aṭ-âṭ-jatê*, *aç-âç-jatê*).

*ἀγ-ωγ-ός* R. *ἀγ* (*ἀγ-αγ-εῖν*). — *ἀγωγή*, *-εύς*, *-ιμος* etc.

*ἀκ-ηχε-δόν-ες· λῦπαι* Hes. R. *ἀχ* (*ἀκ-αχ-ίζω* supra). Cf. *ἀκ-ηχέ-δ-αται*. — Hesychianum *ἀκ-ήχ-ε-ται· ἀδημονεῖ* si praesens est irritum efficit quod modo statuimus; fortasse autem aut corruptum aut perfectum est ad *ὀρ-ώρ-εται* Homerici modum fictum; *ε* enim inserto opus fuit ut perspicua maneret forma.

*ἀκ-ωκ-ή*, cuspis, R. *ἀκ* acuo (*ἀκ-αχ-μένος*).

*ἐδ-ωδ-ή*, cibus, *ἐδ-ηδ-ών· φαγέδαινα*, R. *ἐδ* (*ἐδηδώς*).

*ἐτ-ήτ-υμος* i. q. *ἔτ-υμος*, R. *ἐτ* (*ἐτ-άζω*) C. Nr. 208. *ἐτέτυμος* (Hes.) corruptum est.

*ἰ-ωγ-ή* (§ 533) est locus *ἔνθα κλῶνται τὰ κύματα καὶ ὁ ἄνεμος* (Schol. ad *ἐπιωγή* ε 404), cf. *κυματ-ωγή* (Herodot.). Quam vocem esse radicis *ϝαγ* (*ἄγνυμι*) jam veteres grammatici recte senserunt (Lob. Elem. I, 73); cf. *περιώγανα· ἐπίσσωτρα*, *περιαγαῖς* (*περιάγνυμι*)· *καμπαῖς* Hes. — Digammatis (*ϝι-ϝωγ-ή*) nullum remansit vestigium.

*ἰ-ω-ή*, vox, R. *ἀϝ*, *ἄ-ημι* flare, *αὔ-ειν* vocare (C. Nr. 587). Licet autem dubitare utrum *ἰϝ-ωϝ-ή* an *ἰ-ωϝ-ή* scribendum sit, ea vocalis solius duplicatione, quam praebent *ἰ-άλλω* *ἴ-ονθος* *ἰαύω* (§. 3 G.) *ἰάσκειν* §. 6., got. *ai-aik* dixi, *us-ai-alth* inveteravi, *ai-auk* auxi.

*ὀδ-ωδ-ή*, *od-or*, R. *ὀδ* (*ὄδ-ωδ-α*) unde *ὀδ-ώδ-ης* adj.

*ὀκ-ωχ-ή* fultura (E. M.) et quod inde fluxit *ὀκ-ωχ-εύειν· ἔχειν. συνέχειν* Hes. sunt verbi *ἔχ-ειν*, de cujus p. pf. recte disseruit Buttm. Gramm. I², 330. — *συν-οκ-ωχ-ή· ἡ σύμπτωσις* Hes. s. v. *συνοκωχότε* (sic); *συν-οκ-ωχ-ά· νόσος, λοιδορία, μάχη* (= *σύμπτωσις* Polyb. 1, 57, 7) id. Unde ortum est quo posterioris aetatis scriptores utuntur *κωχεύειν ἀνακωχή διακωχή κατακωχή· ο* vocalis aphaeresi, et falsus est Fickius² 28 conferendo scr. *çank-aṭê*, lat. *cunctari*. Nam etiamsi minus dubia essent *κἀνακωχεύει* Soph.

El. 732, quod Cobetus correxit probante Dindorfio ad l., et *κωχεύουσιν* Soph. fr. 303 (ubi v. Dind.), tamen constaret *κωχεύειν* ex *ὀκωχεύειν* eodem modo natum esse ac *πίπας* ex *ὀπίπας* (§. 4). — Eandem vocalem productam praebet *συνωχαδόν*.

*ὀπ-ωπ-ή*, e cujus stirpe *ὀπ-ωπ-ο* prodiit *ὀπωπέω*, est radicis *ὀπ*, *ὄπωπα*.

*ὀπ-ωφ-ᾶται· πέπρηται, οἶδεῖ* Hes. hucne pertinet, an corruptum est, an supra afferendum fuit? Extat enim R. *ambh* (*nabh*, C. Nr. 403), cujus est *ὀμφ-αλός*, lat. *umb-ilicus*. Potuitne inde oriri *ωφ* productione suppletoria (*βωβύζειν* = *βομβύζειν* Hes.), unde nomen duplicatum **ὀπ-ωφ-ή* = *umb-o* quo redit *ὀπ-ωφ-ά-ομαι* praesens? Quam difficile sit respondere nemo nescit qui in sordibus Hesychianis unquam versatus est.

Haec sola novimus hujus duplicationis verba. Restat autem quod afferamus *μέρ-μηρ-α* (v. *μέρ-μερ-α* supra), cujus altera syllaba similem productionem praebet: non autem *ἀτάρτηρος*, quod falso interpretatus est Benfejus (v. *ταρ-ταρίζειν* supra). — *ἰτητέον* quod sunt qui in duplicatis habeant (Gerl. 181) recte interpretati sunt Lob. prol. 146, Fick[2] 430.

## C.

Graecae linguae propria est alia quaedam ratio verba duplicata augendi: *ι* vocalis post genuinam radicis vocalem praeter *υ*[8]) in priore syllaba inserta (*δαλ δαί-δαλ-ος*, *πνυ ποι-πνύ-ω*). Quod augmentum prorsus est singulare, neque fuerunt adhuc qui rationem ejus assecuti sint.

Nihil enim probavit Savelsberg KZ. 21, 200 de eo quod statuit *ι* intensivo. Cui licuit afferre *βα-βαί* collato lat. *bá*,

---

[8]) *υ* vocalis vice fungitur *ο* dissimilatione ortum, non autem *οι* ex *αι* assimilatione prodiit, ut vult L. Meyer I, 311. Similiter e R. *κυ* *κω-κύ-ω* natum esse supra vidimus.

et interjectiones reliquas quarum syllaba finalis eo quod additur *ι* sonum intentiorem accipit. At multum interest inter *πα-παῖ* et *παι-παλ-*. Falluntur etiam qui ut Leo Meyer I, 423 *dâ dhmâ* radicum sanscritarum intensiva *dê-dî-jatê dê-dhmî-jatê* (*ê* = *ăi*) [Benf. Vollst. Gramm. §. 87, not. 2] comparant; haec enim prioris syllabae diphthongum acceperunt *guṇa* augmento ejus quam syllaba altera praebet *i* vocalis attenuatae.

Nec quidquam efficitur allatis vocabulis *jêjunus têter* prorsus obscuris, neque Pottius (Doppelung p. 214) recte judicavit *παι-πάλλω* rell. *ι* inde accepisse quod assuevissent Graeci priori syllabae hanc vocalem tribuere (*τί-θη-μι*): cui suo jure jam adversatus est Gerlandus p. 42. Nam prorsus contraria vis est *ι* vocalis verbi *τίθημι* ei quod praebet *παι-πάλλω ι*; illo enim prioris syllabae gravitas imminuitur, hoc augetur. Accedit quod pars vix quarta vocum duplicatarum *ι* attenuatum exhibet.

Neque licet suspicari *παι-πάλλω* e *πι-παλλω* ortum esse *α* vocali more sanscritico inserta: mire enim lingua hac ratione a reliqua duplicatione aliena usa esset ut vocalis maxime attenuata rursus augeretur. Nec verisimile est *j* semivocalem, quae in fine plerorumque quondam audita est (*παι-παλ-jω μαι-μα-jω*), in priorem syllabam epenthesi quadam irrepsisse: nonnulla enim (*λαιλάπετος*, *δαίδαλος*) hac litera prorsus carent.

Jam vero videtur alicujus momenti esse, quod in intensivis sanscritis eis, quorum radices in consonas liquidas desinunt (Benf. Vollst. Gr. §§. 168. 169), saepe *i* vocalis inseritur: R. *dar dar-i-dar*, R. *pan pan-i-pan*, R. *kra(n)d* (*kan-krad*) *kan-i-krad*; quamquam haec litera nunquam post vocales invenitur et explicatione caret. Sed quamvis multum intercedat discriminis inter rationem sanscriticam et eam quam graeca lingua instituit, tamen non videtur absona suspicio ex uno fonte utramque profluxisse. Nam *i* illud in vocibus sanscritis insertum putare ob legem quandam euphonicam vetatur et eo quod eadem vocalis haud raro producitur

(Benf. l. l.) et eâ quae similiter nonnunquam videtur inserta esse vocali *a*, cf. *kaṭ-a-kaṭ-âja*, *kiṭ-a-kiṭ-âja*[9]), quam eandem reperimus productam: *ghan-â-ghan-as* (R. V.), multos interficiens (R. *ghan* interficere). *ḱar-â-ḱar-as* (R. V., R. *ḱar* ire) igitur et *sar-î-sṛp-as* (Vâǵ.-S., *sṛp* serpere) simillima fortasse ratione ficta sunt. Id autem quod lingua sanscrita post consonas solas eam *i* vocalem praebet, graeca non nisi post vocales, haud ita magni momenti esse apparet si respicimus formas nonnullas vedicas quas nemo hucusque videtur ad rem illustrandam ascivisse quamvis aptissimas: *dhu djut nu* radicum intensiva *dav-i-dhu*, *dav-i-djut nav-î-nu*. Nam *dav-i-dhu* (3. dual. *davidhv-atas*, part. *davidhv-at*, perf. *davidhâv-a* R. V.) ortum est e *dô-dhu* (part. *dô-dhuv-at* R. V.) i vocali post *ô* (= ău) inserta, cujus diphthongi altera vocalis (*u*) postea semivocalis facta est. Item *davidjut* (*-at* part., R. V.) e **dô-djut*, *navînu* e *nônu* (*-mas* 1. pers. pl.) prodivit. Unde elucet legem illam sanscriticam non semper fuisse ratam: augmentum autem illud quod in lingua graeca post vocales simplices haud raro auditur, videtur non multum recedere ab eo quod in lingua sanscrita non post consonas solum, sed post diphthongos quoque extare vidimus. — Quod res impedita sic haud quaquam expeditur me non fugit, quamquam linguae g o t i c a e quoque duplicationem conferre possis: *têka tai-tôk*, *halta hai-halt*. Pottius quidem (KZ. 19, 32) putat *ai* literis eandem vocalem significari quam in voce *gaiainna* = γέεννα; sed adsunt testimonia primae syllabae productae: got. *haihait* enim idem est ac palaeogerm. *hîaz*, *faifah* i. q. *fîank*, quae e formis duplicatis, etsi non goticis, orta sunt. Apud Keronem autem (Graff 4, 898) legitur (*pi-*)*hei-alt* [(*be*)*hielt*], quod idem est ac got. *hai-halt;* *ei* autem literis semper diphthongus significatur in lingua palaeogermanica. Quare sit venia aequationi: got. *haihalt:* p.-g. *heialt* = got. *hail-s:* p.-g. *heil.* —

---

[9]) Si recte dispunxit F.[2] 36 neque scribendum fuit *kaṭa-kaṭâja* etc., cf. *ghuraghurâja kilakilâja kuhakuhâja makamakâja.*

Vocabula autem quae hunc in modum formata sunt haec extant.

*δαί-δαλ-ος*, artifex, R. *δαλ* findere, cf. got. *ga-til-s* aptus. Unde *δαιδάλ-εος*, *δαιδάλ-λ-ω*.

*δαι-δύσσεσθαι*· ἕλκεσθαι et *δαδύσσεσθαι*· ἕλκεσθαι. σπαράττεσθαι Hes. ad *δοῖδυξ* refert E. M. et falso interpretatus est F.[2] 95. — Got. *tiuh-an* recte fortasse confert Roscher Stud. IV, 199. — Primae syllabae vocalis est singularis.

*δοΐ-δυξ* i. q. *ἀλετρίβανος* unde ortum sit non constat. *ἀναδοιδυκάζειν* (cod. -δεδοικ-)· ἀναταράσσειν Hes., *ἀναδοιδυκίζειν*· ὀρχήσασθαι ἀσχημόνως id., *ἀναδοιδυκίζει*· ἀναταράττει E. M.

*κοι-κύλ-λειν* i. q. *περιβλέπειν*: κῦλα γὰρ τὰ ἐπάνω τῶν ὀφθαλμῶν Hes. s. v., cf. *κύλα*, *κύλλια*, *κύλλαβοι* = ὑπώπια, κύλλα· τοὺς ὀφθαλμούς id. Unde *Κοι-κυλ-ίων* N. pr.

*λαι-λαμίς* (?): cf. Hes. *λαλαμίς*· λαῖλαψ. ἀντὶ τοῦ λαλαμίς λαιλαμίς γράφουσιν.

*λαι-λάξαι* (?)· τὴν γλῶσσαν ἐξελεῖν. — *λα-λάξαι*· τὴν γλῶσσαν ἐξελεῖν Hes.

*λαι-λάχ-ω* (?)· τὸ ψοφῶ Zonar. ut *ἰ-άχ-ω* formatum videtur Hainebachio p. 4. — (*λακ-εῖν*?)

*λαι-λάπ-ε-τος* (Hes.), *λαῖ-λαψ* L. Meyer I, 423 ad lat. *rap-io* revocat, ita ut sit *ἀνέμου συστροφή*, quod suadet Arist. mund. 4, 15, non autem *ἐρεμνή κελαινή* epitheta Homerica. *Λαβρός* huc referre (Lob. El. I, 167) vel *λαβ-εῖν* (Gerl. 65) vetant *λαι-λάπ-ετος* et casus obliqui.

*μαι-μά-ω* est ejus radicis *μα* (*μά-ο-μαι μα-ί-ο-μαι*) cujus *μέμαα*, cui duplicatio similem vim addidit. *μαιμά-εντι* (-οντι?)· ἐνεργῶς κινουμένῳ, *μαῖ-μα-ξ*· ταραχώδης Hes., *Μαι-μά-κ-της* Iovis cognomen, *Μαι-μα-κ-τηριών*. — *ἀμαιμάκετος* unde eam quam exhibet significationem acceperit — si omnino hujus radicis est — nescio.

*μοι-μύλλειν*· θηλάζειν, ἐσθίειν, καὶ τὰ χείλη προσάπτειν ἀλλήλοις Hes. (τὰ γὰρ χείλη μύλλα προσαγορεύουσι Phot.) Meinekius Hipponacti restituit opportunissime fr. 80 B.

(*μοιμύλλειν* (*μοι μῦ λέγειν* cod.) *ἰσχάδα*). *μοι-μυ-ᾶν* autem (*τὸ τὰ χείλη πρὸς ἄλληλα συνάγειν* Hes., cf. Suid.: *μυᾶν ἐστι τὸ τὰ χείλη πρὸς ἄλληλα συνάγειν, ὃ καὶ μύλλειν λέγεται*) L. Dindorfio suasore (Thes.) a G. Dindorfio restitutum legitur Arist. Lys. 126. Quorum radix est *μυ-* (*μύ-ω*, C. Nr. 478); *μοιμύλλειν* autem prodiit aut e *μυλ* radice determinata (cf. *μυ-δ, μύδ-ος, μύνδ-ος*) aut e nomine quodam *μοιμυ-λο* (cf. *ποικ-ιλο-, ποικίλλω*).

*παι-πάλ-λ-ω* i. q. *πάλλω*, *παι-πάλ-η* i. q. *πάλη* sunt radicis *παλ* (*σπαρ*, C. Nr. 389) cujus *σ* servavit *πασπάλ-η* §. 3 B. Qua in voce *ι* ex sigma ortum esse vix crediderim. Obstat enim non reliquorum similitudo tantum, sed id quoque quod nullum extat *ι* e *σ* orti exemplum fiducia dignum. E pulveris (farinae) notione qui oriri potuerit ea quam praebent *παιπάλιμος παιπαλᾶν* elucet ex Arist. Nub. 260 *λέγειν γενήσει τρῖμμα, κρόταλον, παιπάλη*.

*παί-παλος, -λόεις* adjectiva ab eis de quibus modo diximus vocibus sejungimus, quia quid significent non plane elucet. Cf. *δυσπαίπαλον* i. q. *δύσβατον* (Hes.), *δυσοδοπαίπαλα λάχη θεῶν* Aesch. Eum. 387, *παιπαλόεις* (*ὄρος, σκοπιή, ὁδός, νῆσος* Hom.), sed *πολυπαίπαλος αἰθήρ· πεποικιλμένος. ὁμαλός* Hes.

*παι-φάσσω* est radicis *φα* (*φαίνω*), sed non significat *παιφάσσουσα* (*B* 450) quod vult Hes. *παντὶ φαινομένη*, sed quod statuit Lobeckius Rhem. 105, celeres luminis motus et scintillationes. E *παι-φα* determinatum prodiit *παιφα-κ* (*παι-φα-κ-j-ω*), cf. *μαιμα-κ, ποι-φυ-κ*. Scr. *bhâs* qui conferunt negligunt quod ejus radicis aliud vestigium non est in lingua graeca.

*ποι-πνύ-ω*, anhelare, est radicis *πνυ* (*ἀμ-πνύ-ω, πνέω*); unde etiam *ποι-πνυ-ός· θεράπων, ποι-πνύ-τροι-σι* (?)· *σπουδαίοις* Hes.

*ποι-φύσσω* est forma intensiva radicis *φυ* spirare (*φῦ-σα φυ-σά-ω*, scr. *pu-pphu-sa* i. q. *πλεύμων*, *pu-pphu-la* flatus ventris) consona gutturali determinatae. Nam quod voluit Misteli KZ. 19, 120 *ποιφύσσω* id quod *φῦσα*

*σ* exhibere refutatur his: *ποιφύξω ποιφύξαι ποίφυγμα ποιφύγδην ποίφυξις*.

*τοι-θορύσσειν· σείειν* ab uno Hesychio accipimus. Cf. *τοι-θορύκτρια· ἡ τοὺς σεισμοὺς ποιοῦσα* id. — Quod M. Schmidtius confert *τονθορύζειν* i. q. *γογγύζειν* propter significationem alienum est. Potuitne radicis *θορ* (*θρώσκω*) duplicatione haec vis causativa prodire?

---

## §. 3. DE DUPLICATIONE IMMINUTA.

### A.

De vocabulis duplicatis eis quorum prior syllaba in consonam nasalem ab ipsa radice alienam desinit (*πίμ-πλη-μι*) quid statuamus profitemur mora nulla: habemus persuasum nasalem illam non esse *insertam* ad priorem syllabam intendendam, sed ex consona liquida attenuata ortam. Quod ne videamur temere contendere haec moneantur.

In eo quod omnes nunc censent[10]) priorem syllabam nasali *intentam* esse duobus nituntur indiciis, quorum alterum quidem e lingua sanscrita petitum est, alterum e lingua graeca. Nam in ipsa lingua graeca nasalis a multis putatur haud raro inserta esse ad radices intendendas (*ἔλαβον λαμβάνω*). Quae res quomodo in permultis ejusmodi vocibus revera se habeat nuper exposuit Joannes Schmidtius „Zur Geschichte des Indogermanischen Vocalismus“ Jena 1871. Qui etsi id quod voluit linguam graecam nasali ad voces augendas omnino non usam esse non probavit (p. 115 not.) et quamvis videatur in nasales paullo acrius invectus esse, tamen id effecit ut monstraret voces illas nasali inserta *majo-*

---

[10]) Quod Bopp. V. Gr. II², 465 conjecit nemo hucusque quem novimus amplexus est, nemo saltem monstrare conatus.

*rem vim* non accepisse in lingua graeca. Alterum autem est quod in linguae sanscritae duplicatione nasalis illa haud raro usurpari putatur. Quod haud quaquam tam saepe fieri quam volunt grammatici ex eis quae in margine adjeci elucebit[11]).

Quibus de causis puto recte negasse Ioannem Schmidtium in *πίμπλημι πίμπρημι* verbis nasalem insertam esse ad priorem syllabam augendam; nulla autem veritatis specie nititur id quod addidit: „so mögen auch bildungen wie *παμφαίνω βαμβαίνω* (de quibus v. p. 295 supra) den nasal in *πίμπλημι πίμπρημι* veranlasst haben“, quod scripsit immemor permagni numeri (plus triginta *stirpium*) ejusmodi verborum et nominum, quae mox enumerabimus.

Quae ad quaestionem spectare puto his sum amplexus.

1) Maximus numerus vocabulorum quorum radix *λ* vel *ρ* consona aut in fine aut loco medio est praedita (*ταλ ταρ* — *βρα πλε* — non autem *φλαδ χλαδ*) eam duplicationem praebent ut syllaba prior aut ipsam consonam liquidam exhibeat aut nasalem. Generis utriusque collegi plus triginta, quorum pauca tantum dubia visa sunt. Neque praetereundum est quod nonnusquam utraque forma simul extat: *γαργαλίζω γαγγαλίζω, ταρταρίζω τανθαρίζω.*

2) Nemo protulit verba graeca nasali praedita quorum radix in consonam exeat non liquidam aut in vocalem. Nam

---

[11]) Nixus grammaticorum indicorum testimonio Benfejus Ausf. Gramm. §. 169 has radices enumerat praeter eas quae in *j v* semivocales exeunt (?), quarum syllabae duplicatae nasalem exhibere dicuntur ipsis in aliam consonam desinentibus: *bhaṅǵ ǵap çap ǵabh ḱar phal daṅç paç dah — kas pat pad — tantasja pampasja*, quarum *quatuor* tantum in ea quae nobis tradita est lingua sanscrita hanc duplicationem praebent (Lex. Petersb.): *ǵan-ǵabh-âna dan-dah-jatê dan-daç-ajitva ḱaṅ-ḱur-jate.* E quibus unius quidem (*ǵabh*) praesens quoque nasalem exhibet: *ǵambh-atê*, alterius (*daç*) formae aliae: *daṅç-a, daṅsh-ṭra*, unde nasalis in syllabam duplicatam petita esse potest (cf. *ān-aṅç-a*, R. *aç aṅç*), tertium autem (*ḱar*) in consonam liquidam desinit. Quare restat unum *dan-dah-jatê*, quod alienum est a lingua palaeosanscrita (vedica). Cui addo *gan-gû-ja* R. *gu*, quod etiam in lingua recentiore sola extat.

etsi fieri potuit ut ad reliquorum similitudinem ejusmodi verba orerentur, videntur falsi esse qui tale quid hucusque statuerunt. Nam

*βαμβακεύτριαι* praeter alia mira i. q. *φαρμακίστριαι* Hes., cf. Bekker Anecd. 85, 27 *βαμβακοὺς τοὺς φαρμακοὺς Κίλικες λέγουσιν,* non est radicis cujusdam duplicatae *βακ,* sed recte videtur Ahr. dor. 86 huc rettulisse *βάμβα* i. q. *βάμμα.*

*βαμβακύζειν* quod legitur Hipponact. fr. 17 (Be.[3]) fortasse corruptum, non est radicis cujusdam ignotae *βακ* ut vult Hainebachius p. 12, sed una cum *βαμβαλύζω* (quod fort. ejus loco restituendum) pertinet ad *βαμβαίνω* (§. 5 A).

*γογγύζω* est *γογ-γυγ-j-ω* auctore G. Curtio Nr. 642. De quo verbo dicemus §. 5 A.

*καγκαλέος* sunt qui putent esse *καγ-καϝ-λέος* cum Etym. Magno: *κάγκανον παρὰ τὸ καίω κατ᾽ ἀναδιπλασιασμὸν καὶ πλεονασμῷ τοῦ γ.* Sed vocis membra *καγκ-αλέος* colligimus ex *ἁρπ-αλέος ῥωγ-αλέος* et Homeri *πολυ-καγκ-έα δίψαν Λ* 642, cf. *πολυ-καγκ-έος· πολυξήρου, καγκ-ομένης· ξηρᾶς τῷ φόβῳ* (anhelando?) Hes. Quod *καγκ* cur negem eodem modo ac *καρκ* e *καρκαρ* ortum esse e *καγκαϝ* exponam infra §. 5 A.

*καγχάζω* Hugone Webero (KZ. 10, 259) interprete ortum est ex *haha* („Naturlaut") nasali intento (*καγ-χα*). Irrepsisse autem nasalem ex ea quae subsequitur syllaba docet Hesychius: *καχνάζει· ἀτάκτως γελᾷ* (v. §. 5 A).

*κιγχάνω* e radice quadam *χα* ducere voluit Buttm. Ausf. Gramm. II², 218 (*κιγ-χα*). Sed suo jure adversatus est Lob. ad l. et El. I, 157. Radix enim est *κιχ* (*ἔ-κιχ-ον*) in quam nasalis eadem via irrepsit qua in *λαμβάνω* (J. Schmidt, Vocalismus p. 32).

*πέμφιξ* ortum esse ex *πεμ-φυ-ξ,* radicem autem esse *φυ* vult G. Curtius Grundz.⁴ p. 708. Cui rei quid obstet apparebit §. 5 adeunti.

3) Consonarum liquidarum cum nasalibus ea est affinitas, ut generis utriusque sit natura durativa quae nunc vocatur,

nasalium autem facilior et levior quasi pronuntiatio quam liquidarum. Quare linguae sanscritae dialectus vulgaris (pracrita) multas ejusmodi imminutiones praebet (ut **dańsêmi** = scr. *darçajâmi* tam antiquo tempore ortum ut sanscritae quoque linguae radicem *dańç* = *darç* tribuerent Indorum grammatici, v. Lex. Pet. s. rad. *darç*) et ipsa lingua sanscrita: ***kurkuma*** *kunkuma* (si recte *κρόκος* huc refertur a Benf. W. II, 180). Accedunt doricae formae *βέντιος βέντιστος φίντατος ἦνθεν δέντα κέντο* (Ahr. dor. 110), quibus addo ***Βέλβινα*** Spartae *Βέμβινα* Argolidis vicum[12]).

4) Sed quod licuit pracrite loquenti non licuit Graeco, et multum interest discriminis inter glossas illas doricas et universam linguam graecam. Concedo. At non contendo consonas liquidas tot radicum duplicatarum in nasales transiisse ratione vocabulis *πνεύμων πλεύμων*, ***νίτρον λίτρον*** reliquis contraria, sed esse nasales ***novissima quasi earum vestigia.*** E radice *ταλ* duplicata *ταλ-ταλ* antequam id fieret quod lingua sectabatur *τα-ταλ*, factum est *ταν-ταλ*, ita ut *λ* consona evanescens relinqueret eum sonum irrationalem, qui omnibus consonis durativis quas vocamus insitus est. Quem puto similem fuisse ei quem ***anusvâra*** vocant Indorum grammatici [cf. *dańsêmi*]. Similiter *j σ ϝ* consonae eum qui iis insitus est spiritum reliquerunt: *ὅς* = scr. *ja-s*, *ἑπ-* = scr. *sak'*, *ἑσ-* = scr. *vas*.

5) Non obstat quod inde non evaserunt priores syllabae productae: productio enim fuit augmentum haud levius quam ipsa nasalis (v. *κω-κύ-ω* supra), lingua autem id sectabatur ut prior syllaba levaretur. Quare post *πίμπλημι* e *πιλ-πελ-μι* (scr. *pi-par-mi*) factum unum remansit fingendum *πίπλημι*.

6) Probatur autem res eo quod non antiquissimorum tantum linguae graecae temporum fuit illa attenuatio, sed posteriorum quoque; cf. *τανθαρίζειν* (Gramm., *τανθαρυστός* Theo-

12) Similia dialectus Tzaconica (neograeca) praebet: *μουνταλία* i. e. *μυρταλίς*, *ἔγκατε* i. e. *ἔρχατος* (KZ. 18, 136. 37).

pomp.) i. q. ταρταρίζειν (C. Grundz.[4] p. 495) et Phryn. p. 97 ed. Lob.: γαργαλίζειν λέγε διὰ τοῦ ρ, ἀλλὰ μὴ διὰ τῶν δύο γ, γαγγαλίζειν. Hoc autem quam longe a vetustatis consuetudine recedat docuit Lob. ad l. l. — Cf. scr. *kań-kal-a* = *kar-kar-a*.

7) Neque obstat quod e lingua sanscrita, quae etiam in reliquis duplicationis generibus a lingua graeca saepe secedit, pauca tantum ad *kań-kûr-jatê* verbi similitudinem ficta afferre possumus. Eae enim radices quae graece desinunt in λ, sanscrite omnes fere in *r* exeunt; e λ autem ad nasalem facilius transitur[13]). Qua in re respiciendum est quod radicum earum quae in λ cadunt nulla duplicationem integram praebet, sed omnes λ aut amiserunt aut in nasalem mutaverunt. Cujus rei non sola dissimilatio causa fuit: majorem enim numerum verborum perinde ac γαρ-γαλ-ίζειν fictorum inveniremus (cf. ἀργαλέος).

8) Neque est praetereundum quod earum quas novimus hujus generis radicum 36, 24 sunt schematis *c. v. l.* (cons. + voc. + liq.), reliquae autem duodecim schematis *c. l. v.*, quod ex *c. v. l.* nasci potuit (πίμ-πλη-μι scr. *pi-par-mi*). *c. l. v. c.* autem (φλαδ χλαδ sim.) non sunt hujus duplicationis. (Utrumque genus infra enumerabimus; πίμπλημι πίμπρημι κίγκραμι v. p. 317.)

9) Respiciendum est quod hujus duplicationis voces prioris syllabae vocalem haud raro *imminutam* exhibent (κίγκαλ-ος). Quod optime intelligitur si universa syllaba prior non aucta est, sed attenuata. Ea autem quae supra attulimus παιπάλλω rell. revera intenta omnia genuinam vocalem (praeter υ) priori syllabae tribuunt.

Accedimus ad ipsas voces enumerandas.

βαμ-βρα-δών, βεμβραδών, βεμβράς, μεμβράς, pisciculi cujusdam nomina (cf. βεβράδα· ἀθερίνην Hes.) dupli-

---

[13]) At donec grammatica sanscrita desideratur ex ipsa quae tradita est lingua deprompta neque sola indicorum grammaticorum auctoritate confisa, in ejusmodi res linguae sanscritae inquirendi deest copia.

catione nata sunt radicis cujusdam quam in *δ non* desivisse apparet e *μεμβραφύη* Aristophaneo. *βεμβίδιον· ἰχθύδιον λεπτόν* Hes. est eadem vox pronuntiatione mutilā.

*βεμ-βρός· τετυφωμένος, πάρετος* Hes. cf. *βεβρός* §. 3 F.

*βομ-βοιλαδόνας· ἐνιαυτούς* Hes.

*βομ-βρύζων· τονθορύζων. βοῶν* Hes. ortum esse ex *βορβορύζων* recte fortasse suspicatus est Maur. Schmidtius, etsi *βορβορυγή* id tantum significat quod *κορκορυγή*. *ἔβρυζε* autem quod legitur Archil. fr. 32 fortasse corruptum significatione differt. Neque audeo dijudicare hicne spectent glossae hae Hesychianae: *βρυαλιγμόν· ψόφον. ἦχον* et *βρυαλίκται*, de quo quae viri docti conjecerunt collegit Bergkius ad Stesich. fr. 79. — Unde *βομβρυνάζειν· βρενθύεσθαι* Hes.

*γαγ-γαλ-ίζω* v. p. 313.

*γάγ-γλιον* nervorum nodus (*νεύρου συστροφή*).

*γάγ-γραινα* ossium caries. Quae cum *φαγέδαινα* quoque et *ἐδηδών* vocetur, Legerlotz KZ. 10, 378 haud inepte videtur contulisse Hesychianum *γρᾶ· φάγε* et *γράω* edere (Call.), quamvis radicis *γαρ* genuina vorandi sit vis.

*γιγ-γλισμός· γαργαλισμὸς ἀπὸ χειρῶν, γέλως* (Hes.) cf. *γαργαλίζω γαγγαλίζω* titillare.

*γίγ-γλος· νᾶνος* Hes. (?)

*γίγ-γλυμος· ὁ στρεφόμενος γόμφος ἐπὶ τῶν θυρῶν. καὶ ἐπὶ τοῦ θώρακος οἱ στροφεῖς. καὶ φιλήματος εἶδος.* Hes.

*γιγ-γρα-σ-μός· ἦχος. γίγγρος· αὔλημά τι, ὅπερ ἔνιοι γίγγρον. οἱ δὲ αὐλοῦ γένος. γιγγρίαι· αὐλοὶ μικροί.* (Cf. quod in libris R. V. legitur *gargaras* „Laute, Harfe“ Grassm.). Unde prodiit *γιγγρί· ἐπιφώνημά τι ἐπὶ καταμωκήσει λεγόμενον. καὶ εἶδος αὐλοῦ* Hes.

*γογ-γρύζειν· τονθορύζειν. τὸ τὰς ὗς φωνεῖν . . . . τὸ αὐτὸ καὶ γρυλίζειν λέγεται* (et *γρύζειν*) Hes., *γογγρύσαι* idem. Cf. *γρίλλη· ὑῶν φωνή, γρυλίων* et *γρύλλος· ὁ χοῖρος.*

*γογ-γρώνη* turgidum guttur (*ἀπόστημα ἐν φάρυγγι* Hes.) et *γόγγρος* nodus arboris (*ἡ γογγρώδης τῆς ἐλαίας ἔκφυσις* Hes.) videntur ejusdem originis esse ac *γρῶνος*, cavus (utrumque id quod *σφαιροειδής*?).

*γογ-γύλ-ος* rotundus est radicis *γυλ*, scr. *gul-a*, *gul-î*, pal.-scand. *kul-a* globus (F.[2] 65). Unde *γογ-γυλ-ίζειν* et *γογ-γυλίς*, rapa rotunda, *γόγ-γυλ-σιν· συστροφήν* Hes.

*δάν-δαλ-ος· ὁ ἐριθακὸς τὸ ὄρνεον* Hes.

*δαν-δαλ-ίδες· κάχρυες. κριθαί. ἢ σῖτος πεφρυγμένος* Hes., et quod idem valet *δενδαλίς* non liquet unde originem duxerint.

*δεν-δίλ-λ-ω* speculari est radicis (*δερ*) *δελ*, scr. *dar* (F.[2] 88), cujus auctior forma est *δερ-κ*. Breviorem radicem fortasse praebet *ὑπό-δρα* (cf. C.[4] p. 546), nisi consona in fine omissa est ad similitudinem vocum *γάλα ἄνα γύναι παῖ*. Alterius autem syllabae vocalis attenuata est, cf. *ὀπ-ιπ-ας* rell. §. 4 et scr. *dar* (findere) *dardar dardir*, *kar* (*kir*) (laudare) *ḱar-kar ḱarkir*.

*δέν-δρε-ον* (*δεν-δρεϝ-ον*), unde *δένδρον*, est radicis *δρυ* (*δρῦ-ς*). Quo Doederleinius recte rettulit *δεν-δρυ-άζειν· ταπεινῶς ὑπὸ τὰς δρῦς παραφεύγειν* et *ὑποδενδρυάζειν· τὸ ἐξ ἀφανοῦς καὶ ἐξαιφνιδίως ἐπιφαίνεσθαι* Hes., quae prioris syllabae vocalem ad *δένδρεον* substantivi similitudinem acceperunt.

*κάγ-χαλ-ος· κρίκος ἐπὶ ταῖς θύραις. Σικελοί* (Hes.) Lobeckius recte videtur suspicatus esse (El. I, 166) proprie significare maniculam, *χηλ-ήν*.

*κέγ-χρο-ς*, milium, cf. *ci-cer*, R. *καρ* durum esse (*κάρκαρος* p. 291).

*κίγ-καλ-ος*, *κίγ-κλ-ος*, motacilla (*ὄρνεον πυκνῶς τὴν οὐρὰν κινοῦν* Hes.) nomen accepit a caudae vibratione (*κιγ-κλ-ίζειν*, *κιγ-χλ-ίζειν* Hes.), ob quam *σεισοπυγίς* quoque vocatur. R. *κελ* (C. Nr. 48) celerem esse, scr. *ḱar* (*κέλ-ης*, *cel-er*), cujus *vibrandi* vis est in vocibus his: scr. *ḱar-a* mobilis, motacilla; *κίλλ-ουρος· σεισοπυγίς* Hes., lat. *mota-*

*cilla*; scr. *k̍ar-k̍ar-a k̍an̍-k̍al-a* vibrans, lat. *quer-quer-us* i. q. febris. — cf. *κί-κελ-ος· τροχός* Hes.

*κιγ-κλ-ίδες* et *can-celli* non significatione solum, sed etiam, ut videtur, origine inter se respondent. Nam qui cancelli a cancro nomen acceperint vix erit qui dicat, quamvis ea similitudine nisus Lobeckius path. Prol. 141 *κιγκλίς* et *καρκίνος* unius radicis esse voluerit. Id autem quo Apulejus Met. 6, 8 usus est *cancros* = *cancellos* ni etymologicum ejus commentum est, alienum est a cancri animalis nomine. (Cf. *κάρκαρα* = *μάνδραι* infra p. 291? an recte F.[2] 435?)

*κιγ-κράμας· ὄρνεον* Hes.

*κιγ-χλισμός· αἰσχρὸς γέλως μετὰ ἀταξίας* Hes., cf. *κιχλίζω* infra.

*μέμ-βραξ* (pro *βεμ-*) cicada, cf. *βαβράζειν* cicadarum stridor (Ananias fr. 5 Bergk.). *μ* autem et *β* consonantium eadem est vicissitudo ac in voce *μεμβράς βεμβράς* (v. *βαμβραδών* supra). Eodem videntur spectare Hesychii glossae *βεβράξαντα* et *βάβρηκες*.

*παμ-φαλ-άω* i. q. *παπταίνω* (F.[2] 137), comparatur cum scr. *bhal-atê* et cum graecis vocabulis *φαλ-ιός, φαλ-ηρός*. Ac verbum sanscritum *ni-bhâlajati*, cernere, testimonio est *φαλιός* rell. e *φαλ* R. determinata, non e primitiva *φα* radice coorta esse.

*παμ-φαλύζει· τρέμει* Hes. (?) Maur. Schmidt contulit cum *βαμβ-αλύζω* (v. *βαμβ-αίνω* §. 5 A): *τρέμει. τοὺς ὀδόντας συγκρούει. ῥιγοῖ σφόδρα*. At ratio quae inter ea intercedere videtur haud minus dubia est quam illa quam idem statuit de *βομβ-υλίδας· πομφ-όλυγας* Hes., quorum alterum quidem est ejus radicis cujus *βομβ-έω, βόμβ-υξ, βομβ-ύλη*, alterum ejus cujus *πέμφ-ιξ*.

*πέμπελος* (?) senum et vetularum epitheton Hes. interpretatur *στωμύλος. λάλος*, quocum male quadrat quod Lycophron Tiresiam sic appellavit, et *οἱ δὲ λίαν γηραλέον*, unde nihil elucet. Lob. prol. 105 contulit *πολιός*, Benf. W. I, 571 *πάλλω*, male uterque.

*πεμ-φρη-δών*, vespa, est radicis *φρε*, scr. *bhram*

stridere, cf. *bhram-ara* apis, mhd. *brem-e*. μ autem quod prior syllaba exhibet minime eadem est consona quam rad. sanscrita in fine praebet, ut vult Gerland 51: graecum enim vocabulum e breviore forma *bhar* (φρε) ortum est, cf. scr. *bam-bhar-a* apis, *bam-bhar-âli* musca (v. τενθρηδών). — Πεφρηδώ Graea Hes. th. 273.

τ α ν - θ α ρ - ί ζ ω, -ύζω gramm., τ α ν - θ α λ - ύ ζ ε ι· τρέμει. Δωριεῖς. οἱ δὲ σπαίρει Hes. i. q. ταρταρίζειν; nasalis enim τ consonae spiritum addidit (C.[4] p. 495). κανθαρίζειν quod sunt qui afferant corruptum est.

τ α ν - τ α λ ά σ σ ε τ α ι δάκρυα· στάζει δάκρυα Hes.

Τ ά ν - τ α λ - ο ς nomen accepit a radice ταλ, ea ut videtur vi quam praebent τάλ-ας τλή-μων Ταλαός (χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα λ 582). In reliquis autem vocibus duplicatis eadem radix agitandi vel vibrandi vim praebet: ταντάλειος· τρομικός Suid., ταντα λίζεται· σαλεύεται, ἐταντάλιζεν· ἔτρεμεν Hes. — ταντα λωθείς autem vocatur Soph. Ant. 134 quem Juppiter de caelo praecipitem dedit.

τ ε ν - θ ρ η - δ ώ ν, τεν-θρή-νη, vespa R. θρε, scr. *dhran* stridere, cf. θ ρ ώ ν α ξ· κηφήν. Λάκωνες Hes. — θρε: *dhran* = φρε (πεμ-φρη-δών): *bhram*. — Cf. quod sequitur.

τ ο ν - θ ο ρ - ύ ζ ω, τον-θρ-ύζω murmuro, τον-θρ-ύς, R. *dhar*, cf. θόρυ-βος, θρῦλος, θρέομαι, θρῆνος, scr. *dhâra* guttarum murmur (C. Nr. 317). θόρυβος et τονθορύζω fortasse vocalium assimilationem praebent, cf. κέλευθος ἀκόλουθος.

Verborum trium quae subjungimus nasalis saepe omittitur; nam cum duplicatio eorum in praesenti solo neque in reliquis systematis usu fiat, lingua videtur quasi sensisse leviorem esse eam quam reliquorum et eis verbis, quae §. 3 G afferenda sunt, conferendam et adaequandam. Nam dissimilatione sola nasalis vix ejecta esset, quod ausim affirmare etsi ἐντονθορύζω vel similia non extant (ἐνδανδαίνειν Hes. enim est dubium).

κ ί γ - κ ρ α - μ ι i. q. κεράννυμι praebet Hes.: κ ί γ - κ ρ α· κίρνα; ἔ γ - κ ι - κ ρ α (Sophron) v. Ahr. Dor. 346.

*πί μ-πλη-μι, πιμ-πλά-ναι* (dial. dor. quoque *η* praebet, v. Ahr. 131), *πιμ-πλέ-ω, πιμ-πλάν-εται* sunt radicis *πλε* (*πλα, -ν*) cf. scr. *pi-par-mi.* — *ἐμπίπλημι* pros.; *πίπλημι* (poet.) autem vitio librariorum in libros oratione pedestri conscriptos irrepsit, Lob. Phryn. 95.

*πίμ-πρη-μι, πιμ-πρά-ναι*, R. *πρε πρα* (*η* Ahr. Dor. l. l.), *ἐμπιπράω, ἐνεπίμπρων.* — cf. palaeosl. *pe-pel-u* cinis.

Voces igitur praeter *πίμπλημι πίμπρημι κίγκραμι* 21 extant quarum radices sunt schematis *c. v. l.*: (cf. p. 313) *βομβρύζω* (?) *βομβοιλαδόνας* (?) *γαγγαλίζω* (*γάγγλιον*?), *γιγγλισμός γιγγρασμός γογγύλος δάνδαλος* (?) *δανδαλίς* (?) *δενδίλλω δένδρεον* (cf. *δορυ*) *κάγχαλος κέγχρος κιγκαλος κιγκλίς παμφαλάω παμφαλύζω* (?) *πέμπελος* (?) *ταυθαρίζω ταυταλάσσεται Τάνταλος τονθορύζω*, quorum ea quoque quae (?) signo notavimus, si quidem duplicata sunt, huc pertinent (*βομβρύζω*?); reliqua autem (12) sunt *βαμβραδών βεμβρός γάγγραινα γίγγλος* (?) *γίγγλυμος γογγρύζειν γογγρώνη κιγκράμας κιγχλισμός μέμβραξ πεμφρηδών τενθρηδών*, quae omnia sunt *c. l. v.* schematis.

B.

Tria sunt de quibus huc usque disputavimus radicum duplicatarum genera, quae quidem notari possunt formulis *βα, αρ, βαρ* (*βρα*). Earum autem quae aut ab initio aut a fine binis consonis sunt praeditae, nulla integram duplicationem praebet. Cujus legis ratio intelligitur ex eis quae Lobeckius monuit de praeceptis euphonicis Paral. 18: „Graeci haud facile committunt ut easdem duas consonas in duabus continuis syllabis iterent. Etenim nullum est illis vocabulum simplex et primitivum, quod cum latinis *scisco*, *proprius* comparari possit, non ita multa quae cum vernaculis *Stillstand*, *dreidräthig*, *unausbleiblich.*“ Unde perspicitur cur ex *αλκ φλαδ* duplicatis *αλ-αλκ πα-φλαδ* prodire debu-

erint[14]). At non semper lex illa rata fuit; licuit enim antiquitus Graecis duo consonarum binarum genera subinde iterare: aspiratas easque quarum prior fuit σ (σκ στ σπ). Nam aspiratarum quoque binae sunt partes, consona muta altera, altera spiritus. Antiquitus autem et prioris syllabae et posterioris fuisse aspiratas apparet collatis scr. *da-dhâ-mi* gr. τί-θη-μι. Nam linguae primaevae *gh dh bh* solae consonae aspiratae fuerunt, unde χ θ φ Graeci effecerunt. Qui cum *g d b* intacta relinquerent, non intelligitur quomodo τί-θη-μι ortum sit nisi ex *dha-dhâ-mi*. Accedit duplicationis latinae testimonium: *fe-fell-i, fe-fac-ust* (*f* enim ex aspiratis prodiit). Quam dissimilationem incepisse prius quam in tenues aspiratas lingua Graeca mutaret aspiratas medias, elucet e φέβομαι φέρβω §. 5. A. B. — Reliqua quidem (*sk st sp*) in lingua gotica sola iterantur: *skai-skaid* (de *spo-spond-i* quod sunt qui statuant cf. Neue Formenl. II, 354), collatis autem scr. *ta-sthâu* = lat. *ste-ti*, scr. *ti-shṭhâ-mi* = zend. *hiçtâ-mi* = ἵ-στη-μι, apparet pristinam duplicationem fuisse *sta-sta*. Neque a lingua Graeca aliena sunt vocabula perinde ac scr. *ti-shṭhâ-mi* duplicata:

εἴρ-ερ-ος (θ 529) servitus quin sit παρὰ τὸ εἴρειν τὸ δεσμεῖν (Lob. El. I, 176 not.), unde etiam *ser-vus*, vix est dubium. Hujus autem radicem esse σϝερ elucet ex eis quae G. Curtius collegit ad Grundz. Nr. 518. Quare illud videtur esse ϝερ-σϝερ-ος (an ϝερ-ϝερ-ος? at σ consonam servarunt σειρά σερίς), unde εἴρ-ερ-ος prodiit prioris syllabae productione suppletoria.

κα-σκάνδιξ· ἡ γηθυλλίς Hes. cf. σκάνδιξ i. q. λάχανον ἄγριον (σκάνθαν· κράββατον Hes.?), quae quamvis significatione diversa contulit G. Curtius KZ. III, 414.

κε-σκί-ον, stuppa, R. σκι κείω (σκειω), scr. *khjâ-mi*, lat. *de-sci-sco* (C. Nr. 45 b). κο-σκί-νο-ν cribrum, cujus

---

[14]) Cf. autem ζιζάνιον ζίζυφον. — Paragrapho primae nonnulla addidimus quae medium fere inter duplicationem aequabilem et imminutam locum tenent (ἀγ-αγύρ-της).

duplicatio similitudine caret in universa lingua graeca, est ejusdem radicis, cf. *κρί-νω*: *cri-brum*.

*κο-σκυλ-μάτια*· *τὰ τῶν βυρσῶν περικομμάτια* Hes., cf. *qui-squil-iae*, R. *σκαλ* (*σκάλλω*, *σκαλεύω*), cujus etiam *κα-σκαλ-ίζεται*· *γαγγαλίζεται* Hes.

*πα-σπάλ-η*, pulvis, R. *σπαλ*. Cf. *παιπάλη* p. 308.

*φέ-ψαλ-ος*. — Cum Hesychius praebeat *ψελός*· *αἰθαλός*, *φέψελος φέψαλος φεψάλυγξ* autem valeant id quod *σπινθήρ*, haud absonum videtur duplicationem statuere. Radix autem fortasse est *σϝελ*, cf. scand. *svael-a* fumus, pal.-g. *swiliza* calor, ags. *bi-svaelan* urere (F.[2] 920), unde *ψόλος* fumus. E *σϝελ* enim prodiit *σφελ* (cf. *sva* = *σφε*), inde autem *ψελ* (*ψέων ψίν ψέ* Ahr. dor. 261 a stirpe *σφε*). *φέ-ψελ-ος* igitur e *σφε-σφελ-ος*, i. e. *σϝε-σϝελ-ος* ortum est. Cui non obstat quod *ψόλος* fumum solum significat, nam radicis *sval* non semper ea vis fuit quae vernaculi *schwelen* (*schwül*); cf. ags. *glêdum besvaeled* „durch die Gluthen versengt" Beow. 3042 (Heyne Beowulf, Gloss.) et *νῆα θοὴν ἔβαλε ψολόεντι κεραυνῷ ψ* 330, *τριήρους οὐ φεψαλωμένης* Polem. or. fun. 15a, *ἐφεψαλώθη κἀξεβροντήθη σθένος* (Typhonis fulmine icti) Aesch. Prom. 362.

## C.

In eis ad quae nunc accedimus duplicationis imminutae vocabulis ea quoque enumeramus, de quorum duplicatione, sitne imminuta an integra, statuere nequivimus.

*βα-βάκινος*. — *βάκινος ἢ βαβάκινος*· *εἶδος χύτρας* Zonar.

*βα-βράζω*, stridere, est ejus radicis cujus *μέμβραξ* p. 316. Cf. *βεβράξαντα* infra. — Scr. *bhram*, quam radicem huic voci tribuit Benf. W. II, 113, in lingua graeca formam *φρε* praebet, cf. *πεμ-φρη-δών* p. 316. — *βράζω*.

*βα-βρήν*· *ὑπόστασις ἐλαίου κατὰ Μακεδόνας* Hes. [i. q. *βόρβορος*?]

*κά-καρον* οἱ μὴ κατὰ γλῶσσαν λογάδα ὁμιλοῦντες τὸ *κράνιον* λέγουσιν Eust. 1796, 58.

*κα-χλάζω* (-χλαδ-jω), quod de aquae strepitu usurpatur, est radicis χλαδ (C. Nr. 181), scr. *hrâd* sonare, unde *hrâd-uni* tempestas, *hrâd-inî* fulmen, χάλαζα (χαλαδ-jα) *grand-o*. Quam radicem jam antiquitus ad aquae sonum significandum usu venisse probatur sanscrito *hrad-as* lacus, *hrad-ini* fluvius.

*κά-χληξ*, κό-χλαξ, calculus, cf. χάλ-ιξ. Fortasse lat. *calx, calculus* quoque huc (et ad R. καρ, p. 291) referenda sunt.

*λα-λάξαι* (?)· τὴν γλῶσσαν ἐξελεῖν Hes. cf. λαιλάξαι id.

*λα-λαμίς* (?)· λαῖλαψ. ἀντὶ τοῦ λαλαμίς λαιλαμίς γράφουσιν Hes.

*πα-πταίνω*, speculari, non esse id quod scr. *kaksh* elucet inde quod hoc e *ka-kas* prodiit (Windisch KZ. 21, 424). Simplicem autem radicem fortasse praebent *ἰμ-πάτ-αον*· ἔμβλεψον. Πάφιοι. *ἰν-κα-πατ-αόν* (cod. -ταπ-)· ἐγκατάβλεψον. ἀν-ε-πάτ-αξεν· ἐξ ὕπνου ἀνέβλεψεν Hes. — Cf. Legerlotz KZ. 8, 418.

*πα-φλάζω*, bullire, R. φλαδ (ἔφλαδ-ον); cf. φλασμός· τῦφος et πε-φλάζει· βράζει Hes.

## D.

*βέ-βλεσθαι*· μέλειν. φροντίζειν. βέβλειν· μέλλειν. βέλλειν· μέλλειν Hes. fortasse grammatici cujusdam commenta sunt, qui βέμβλετο (ἐφρόντισε Hes., i. q. μέμβλετο, cf. μέμβραξ p. 316, cujus similis consonarum vicissitudo est) interpretari voluit.

*βε-βρενθ-υ-όμενον*· παρὰ Ἱππώνακτι, ὀργιζόμενον Hes. fortasse βεβρενθυμένον legendum, cf. Hipp. fr. 109 Bergk., et βρενθύεσθαι· ὀργίζεσθαι Hes.

*ἐγείρω* collato scr. *gâ-gar-mi* pro γε-γερ-jω dictum videtur, ut judicant Benf. II, 128, C. Nr. 137, F.[2] 59. At non est tacendum quod praeter ἵπταμαι, cujus formae

testimonium antiquissimum exstat in Euripidis Iphig. Aul. v. 1608, nullum exemplum extat consonae in initio vocis duplicatae omissae, nec probavit Benfejus quod pollicitus est KZ. 8, 2, *ὀκέλλω ὀδύρομαι ὀμίχω ὀτρηρός* verborum *ο* duplicationis esse reliquum. Nec multum nobis prodest contulisse quod *gangabas* Persae vocant umeris onera portantes secundum Curtium Rufum 3, 13, 7 et *ἄγοβος* est *σκευοφόρος, φορτηγός* Hes., nec *κάκαρον* (p. 321) comparaverim cum *ἀκαρός* (*σημαίνει τὸν ἐγκέφαλον ἢ τὴν κεφαλήν* E. M.), nec *τάτα ἄττα, πάππα ἄππα.* — Quas similitudines fere alienas si missas facimus, conjecturae illius haud summa restat species veri. Nam quamvis in lingua sanscrita radix *gar* non extet nisi duplicata: *ǵâ-gar-mi* vigilo, *ǵâ-gar-ti* vigilantia, *ǵâ-gr̥-vi* vigilans, neque in lingua graeca sine illo *ε*: *ἐγείρω, ἔγρ-ετο* (*-οιτο, -εο*), *ἔγερ-σις, ἐγερ-τί,* tamen lingua zendica simplicem formam praebet: *fra-ghrâ-ta* expergefactus. Quare quamquam exceptis fortasse *ἀγανός* (C.[4] 172) et *ἀγείρω* (C. Verb. I, 307) exemplum vocalis protheticae ante *γ* consonam non exstat, tamen primam illorum vocabulorum vocalem protheticam potius habuerim.

*λε-λεπρίς· ἰχθὺς ποιός, ἡ καλουμένη φυκίς* Hes.

*μέ-μν-ων· ὁ ὄνος* Hes. est radicis *μεν*, cujus *μίμνω, man-eo*, qua animal plagarum patiens (cf. *Λ* 588) haud inepte significatur. Fortasse *Μέμνων* quoque N. pr. huc potius redit quam ad id quod sequitur.

*μέ-μν-ων* (*Θρασυ-μέμνων*) R. *μεν* (*μέμονα*). Unde *Ἀγα-μέμνων*; qui *ἄγαν μέμονε*, non „der Hochgesinnte", ut vult Preller Myth. II, 427.

*πέ-πλ-ος* ad radicem *πελ* (*πόλ-ος*) pertinere Sonne KZ. 10, 407 minime mihi persuadet. R. *σπελ* = *στελ* vestire sejuncta a *στέλλω*? cf. aeol. *σπόλα* i. q. *στολή*, et *σπάδιον στάδιον στ* e *σπ* (*spatium*) orto, et *σπάργ-ω, σπάργ-ανα* incunabula?

*Πε-φρη-δώ* Graea v. *πεμφρηδών* p. 316.

*σέ-σελι* (?), planta quaedam, quae etiam *σίλι* vocatur.

*σε-σερῖνος* (?), piscis.

E.

*κί-κιν-νο-ς* (*cin-cin-nu-s*) Benfey W. II, 288 putat
us radicis esse cujus *cirrus*, scr. *ki-kura*, e **κι-κιλ-νο-ς*
tum. At praestat huc vocare nomina *Cinnae* et *Cincinnati*.

*κικίννα· τριχοπλάστης* Hes.

*κί-κιρ-ρος· ἀλεκτρυών* Hes. — *cucurire*.

*κικριβιντίς· ἀνδράχνη* Hes., sed cf. etiam *κιχλη-*
*ϑτις· ἀνδράχνη*.

*κι-χλιδιᾶν· τὸ χλιδᾶν οἱ κωμικοί φασι κιχλι-*
*ᾶν* Poll.

*κι-χλίζω* cachinnare (v. *κιγχλίζω* supra) unde ortum
; non demonstravit Hugo Weber KZ. 10, 255. E *καχλάζω*
item ne natum putemus significatio obstat, quamvis
esychius praebeat *καχλάζω· κιχλίζω*. Cf. *κικλισμός·*
*λως* Hes.

*σι-σίνδιος· γέρων* Hes. — *σίνδος· γέρων* id.

F.

*βε-βράδα· ἀϑερίνην* Hes. cf. *βαμβραδών* p. 313.

*βε-βράξαντα· συντόνως κεκραγότα. λέγουσι γὰρ τὸ*
*δον τῶν σιαγόνων μέρος βέβρηκας*. Cf. *βαβράζω* p. 320.

*βέ-βροξ* (?)· *ἀγαϑός. χρηστός. καλός* Hes.

*βε-βρός* (?)· *ψυχρός. τετυφωμένος* Hes. Hipponacti
. 64 B.) reddidit Schneidewinus. Cf. *βεμ-βρός* p. 314.

*βε-βρώ-ϑ-οις* Δ 35 est radicis *βορ* (*βι-βρώ-σκω*,
*ρά*), *ϑ* autem id quod exhibent *κνάω κνή-ϑ-ω, ἀλέ-ω*
*ή-ϑ-ω*. — Quod nescio an melius in perfectis referatur
f. *ἐγρ-ηγόρ-ϑ-ασι*).

*κε-κρανίς* (verborum ordine postulatur *κε-καρανίς*).
*άγου δορά* Hes. — *καρανώ· τὴν αἶγα. Κρῆτες* id.

*Κέ-κροψ*, R. *καρπ* (*καρπ-ός, κρώπ-ιον, carp-ere*), est
*ολύκαρπος*, quod esse debet filius *Ἐριχϑονίου*.

*Με-μβλ-ίς· Μῆλος ἡ νῆσος* Hes. *Μι-μαλ-ίς· ἡ νῦν*
*ῆλος* id.

*με-μαίκυλον* i. q. *μι-μαίκυλον* (?).

*νέ-ννος* i. q. *νάννας* p. 285.

*πε-πραδ-εῖλαι* (cod. et ord. verb. *-τραδ-*)· *οἱ μὲν τοὺς ἀποπνευματισμούς, οἱ δὲ εἶδος ἰχθύων.* — *πε-πραδ-ῖλαι· εἶδος ἰχθύων* Hes., utraque vi etiam Phot. — R. *περδ, πέρδ-ειν*; cf. Lob. Prol. 108. — Idem piscis etiam *πραδίλη* vocatur (Theognost.).

*πε-πρίλος· ἰχθὺς ποιός* Hes. (?).

*πε-πτήνας· περιβλεψάμενος* Hes. — v. *παπταίνειν* p. 321.

*πε-φλάζει· βράζει* Hes. v. *παφλάζειν* p. 312.

*ἐ-πέ-φλυ-σε· βλαστῆσαι ἐποίησε* Hes. est glossa mira. Radix enim quin eadem sit ac verbi *φλύω* (C. Nr. 282) dubium esse nequit: cujus verbi saepe transitiva est vis, nunquam causativa. Neque *ἐπιφλύειν* significat *βλαστῆσαι ποιεῖν* nec significare potest. Quare id solum restat ut formam duplicatam statuamus vi causativa praeditam. Cui non obstat quod *φλύζω* aoristum praebet *φλύξαι*.

*σέ-σοψ· ποιὸς ἰχθύς* Hes. (?).

*σέ-συφ-ος· πανοῦργος* Hes., cf. *σοφ-ός* *sap-iens*, *ἀ-σύφ-ηλος* insipiens. — Duplicationis vis neminem latet. — *Σίσυφος*.

*τέ-ταν-ος* (R. *τα, ταν, τι-ταίν-ω*) et intendendi et palpitandi vim praebet; *τε-ταν-ός* autem (distentus, gracilis) est id quod *ταν-αός*.

*τέ-τανος· κονία. χρίσμα. ἄσβεστος* Hes. — Cf. *τίτανος*.

*τε-τράζω* i. q. *κακκάζω, τετράων, τέτραξ* (cf. Passow s. v.), *τετραῖον* (*Λάκωνες* Hes.), *τετράδων* (Alcaeus fr. 115 Bergk.), *τέτριξ*, nomina avium; cf. scr. *tittira*, *tittiri* perdix.

*τε-τραίνω* perforare, cf. *τιτράω, τίτρημι, τιτρώσκω*.

*τέ-ττα* i. q. *τάτα* p. 286.

G.

*βι-βά-ζ-ω* i. q. *βαβάζω* p. 282 legitur Hippon. fr. 53 Bergk.: *ἀλλ' αὐτίκ' ἀλλήλοισιν ἐμβιβάξαντες*, quod Schneidewinus nequicquam tentavit.

βῐ-βά-ζ-ω (βιβάσω), mittere, est radicis βα, ire, quam duplicatio vi causativa instruxit. Sed vis intransitiva quoque extat = ὀχεύω, βίβασις = 1) ὀχεία, 2) saltatio quaedam, βιβαστής = ὀχευτής.

γι-γαλία· ἡ γῆ Hes. (?).

γί-γαρ-τον, vinaceus (?), Benf. W. II, 128 voluit esse radicis γαρ (γέρων): „schwer zerreibbar", duplicationis et ipsius radicis vim statuens inauditam nec significationi satis faciens: cf. γιγαρτίς i. q. σταφίς.

Γί-γας (ῐ) (:βιβάς = Ἀλεξαμενός Τισαμενός : ἀλεξάμενος etc.) videtur esse radicis γα gignere (C.[4] 175).

δῐ-δάσκω, doceo. R. δα duplicata retinuit suffixum inchoativum et immutatum (cf. δι-δάσκαλος) et mutatum (διδαχή, cf. C. Gr.[4] 690 sqq.; διδάξω cf. ἀλύσκω ἀλύξω).

ζι-ζάνιον lolium.

ζί-ζυφ-ον arbor, cujus fructus vocantur *ju-jub-ae*, cf. C.[4] 610.

ἰ-άλ-λ-ω (ῐ) (ἴηλα), mitto, est id quod scr. *ij-ar-mi i-ar-*), R. *ar* (ire) causativa. Respicienda est duplicatio solius vocalis (cf. autem ἀρ-αρ-ίσκω, quod ejusdem radicis est), quam etiam id quod sequitur praebet.

ἴ-ανθ-ον· ἄνθος. καὶ χρῶμά τι πορφυροειδές Hes., ἴ-ονθ-ος lanugo (Bekker An. 44, 23), ἰ-ονθ-άς (ῐ) hirsutus (Hom.) sunt radicis ἀνθ, ἀθ (C. Nr. 304).

ἰ-αύ-ω (ῐ) (ἰ-αῦ-σαι), dormire, est radicis ἀϝ spirare (ἄϝ-ε-σα), ι autem duplicationis ejusdem quam ἰωή (p. 303) praebet.

ἰ-άχ-ω (ῐ), jubilare, est ϝι-ϝάχ-ω (C.[4] 563), αὐίαχοι = ἀ-ϝί-ϝαχ-οι, R. autem ϝαχ (ϝῆχος), Βάκχος = ϝάκχος, cf. Ἴ-ακχος. De ἀχέω = ἰαχέω v. Buttm. Lexil. II[2], 104, ἀμφιαχυῖα p. 327 s. v. δίζημαι.

ἴ-ουλ-ος (ῐ) i. q. οὖλος culmorum manipulus, Ἰ-ουλ-ώ = Οὐλ-ώ, Cereris nomen, ἴ-ουλ-ος lumbricus, R. ϝελ (ἑλύω), C.[4] 563.

ἴ-ουλ-ος (ῐ) lanugo, i. q. οὖλος crispus? (Benf. W. II, 302. Leo Meyer I, 427).

*ἰ-σχ-νός* siccus, unde *ἰσχναίνω*, F.[2] 197 videtur recte reddidisse radici *sik*, cf. scr. *sik-atâ* arena, lat. *sicc-us* = zend. *hik-u*, et zend. *hi-sk-u* (i. e. *si-sk-u*) = *(σ)ι-σχ-νό-ς*.

*ἰ-ωρ-ός* (praeter alia *φύλαξ οἴκου* Hes., cf. Lob. Prol. 275), R. *ϝορ* (*οὖρος*, *ὁρ-ᾶν*)?

*κί-κελ-ος· τροχός* Hes., cf. *κίγκαλος* p. 315.

*κί-κνωψ· θηρίον* Hes. (i. q. *κνώψ*, *κινώπ-ετον*?).

*λῐ-λα-ί-ο-μαι* (*λι-λασ-jo-μαι*), R. *las*, cf. scr. *lâ-las-a* desiderans. *λί-αν* (ῐ) fortasse e *λι-λα-ν* factum est ea dissimilatione quam praebet *λελίημαι* (-*λη*-) perfectum.

*Μῐ-μᾱ-(λ)λόν-ες* (?) *Βάκχαι βοήδρομοι* et *Μί-μας* (-*αντος*, cf. *Γίγας*) Centauri nomen Pott KZ. 7, 254 putat ejus radicis esse cujus *μέ-μα-α*. — Cf. *Μαί-μα-λος* nomen et montis et viri (*μαιμάω*)?

*Μι-μαλ-ίς· ἡ νῦν Μῆλος*. — *Με-μβλ-ίς· Μῆλος ἡ νῆσος* Hes.

*μῐ-μαίκυλον* (*μεμαίκυλον*) arbutum, *μιμ-αίκυλον* Benf. W. I, 219 haud apte esse vult.

*μί-μαρκυς* i. q. *λαγωοῦ χορδή*.

*μι-μά-ξ-ασα· χρεμετίσασα* Hes. non corrigendum fuit M. Schmidtio, v. *μιμίζω* (p. 285).

*μῑ-μέ-ο-μαι* (*μῖ-μο-ς*) imitari, R. *με* (*μέ-τρον*) C. Nr. 461.

*μι-μν-άζετε· μίμνετε. μένετε* Hes., v. *μίμνω*, de quo infra.

*νί-ννη* i. q. *νάννη* p. 285.

*σι-σύρ-α*, -*να*, -*νον*, -*ος* i. q. *σύρα*, *συρία*; *σίσυς*? v. Lob. prol. 280.

*Σί-συφ-ος* cf. *σέσυφος* p. 324.

*τῐ-ταίν-ω* (*ἐ-τί-τηv-α*) i. q. *τείνω*, R. *ταν*, cf. *τέτανος* p. 324.

*τί-τανος· ὄρος Θετταλίας. καὶ κονία, ἄσβεστος. οἱ δέ τι γύψου εἶδος.* Hes. cf. *τέτανος* p. 324.

Eorum quae subjungimus duplicatio praesentis tantum systematis est:

*βῐ-βάς*, *βί-βα-μι*, *βιβῶ* C. Verb. I, 152, scr. *gi-gâ-mi*.

*βῐ-βά-σ-θ-ων* e R. *βα* (*βιβάς*), *θ* consona de-
minativa accrevit, *σ* autem ad *ἐγνώσθην* aoristi similitudinem
cessit; de *βα-δ* enim radice (*βαδ-ίζω*) non erit qui cogitet.

*βῐ-βρώ-σκω*, R. *βορ* e *γϝορ* ((*g*)*vor-are*) orta, cf.
*r-g-es* (dupl. infr.), *γαργαρίζειν* p. 291.

*γί-γνομαι* collato scr. *ǵa-ǵan-mi* videtur e *γι-γνε-μαι*
etathesi prodiisse *ε* ad vocalis thematicae ritum mutato.
indem metathesin praeter ea quae in *σκω* desinunt praebet
*πτα-μαι*, fortasse *μίμνω πίπτω*. — *gi-gno* an *gi-gn-o*? *Γίγας*
p. 325.

*γι-γνώ-σκω* (*γνώ-σκω κατὰ Ἠπειρώτας* Et. Orion.
, 17) R. *γνω gno-sco*.

*δί-δη-μι* (*ῐ*) i. q. *δέ-ω*.

*δῐ-δρά-σκω*, R. *δρα*, scr. *drâ-mi*. — v. p. 279 not.

*δι-δύ-σκω* (*ἐν-*) legitur apud Josephum, LXX, N. T.
causativa (*ἐνδύω*).

*δί-δω-μι* (*ῐ*), scr. *da-dâ-mi*, R. *δο*. — *διδώσομεν ν* 358,
*διώσειν ω* 314, quae Aristarchus corrigere voluit, dupli-
tionem in futuri stirpem pertulerunt, cf. *τιθήσεσθαι*.

*δί-ζη-μαι*, unde *δίζω*, R. *ζη* (*ζη-τέω*, scr. *jâ* ire) cf.
Verb. I, 153. Quod verbum dubito an in perfectis potius
ibendum sit: nam *ι* vocalis in prima syllaba usurpatae
militudinem praebet *ἀμφ-ῐ-αχυῖα* perfectum, quod legitur
316 *τὴν δ᾽ ἐλελιξάμενος πτέρυγος λάβεν ἀμφιαχυῖαν*,
jus forma quidem perfecti est, vis autem praesentis (cf.
*κριγα μέμυκα λελειχμότες* (Hes. th. 826), *πεπότημαι* etc.).
uare cur syllaba prima correpta sit non est dubium;
raesentis (*ἰάχω*) enim duplicatio in ejusmodi perfecto
tensivo valuit. Quod idem fortasse *δίζημαι* passum est,
ijus *η* vocali perfecti forma indicatur (*κεῖμαι ἧμαι* quorum
irpes sunt monosyllabae vereor ut apte conferantur, *διζή-
ενος* cf. *ἀκαχήμενος ἀλαλήμενος ἐσσύμενος*), et cum *jâ*
dicis eundi sit vis, vim intensivam investigandi puto
certam esse. — *δί-ζη-μαι* e *δί-δjη-μαι* prodiit, quare *φέ-
αλ-ος* nominis duplicatio (p. 320) non veram praebet simili-
idinem. — *διζήσομαι* cf. *διδώσω* (an *κεκράξομαι*?).

*ἰ-άσκειν· ἄγειν* Hes. est *ἰ-αγ-σκειν* (C. Verb. I, 280) duplicatum perinde ac *ἰαλλω* rell. p. 325.

*ἵ-η-μι* (ῐ) mittere, R. *ἑ*, scr. *jâ* ire, v. C. Verb. I, 153.

*ἵ-πτα-μαι* (Pr. Ipf.) post Aristotelem (sed *ἀφίπτατο* Eur. Iph. Aul. 1608) usurpatur pro *πέτομαι*, aor. *ἐ-πτά-μην*, quod duplicatum (*πι-πτα-μαι*) idem passum est ac *ἕψω* e *πεψω* natum (C.[4] 698).

*ἴ-σκ-ον*, R. *σεκ*, cf. *ἔν-νεπ-ε* = *ἐν-σεπ-ε*, *in-sec-e*, e *σι-σκ-ον*, *σι-σεκ-ον* prodiit eodem modo quo

*ἴ-σχ-ον*, R. *σεχ* (*σχή-σω ἕξω ἔ-σχ-ον*) e *σι-σχ-ον* ortum est, cf. *ὑπ-ι-σχ-νέ-ομαι* et *ἰ-σχ-άνω*, *-ανάω*.

*ἵ-στη-μι*, R. *στα* (*sta-re*), *ἱ-στά-ναι*.

*κῐ-κλάίει· καλεῖ* Hes.

*κῐ-κλά-σκω*: *κατ-ε- κί-κλα-σκε· κατέκλα* Phot.

*κῐ-κλή-σκω*, scr. *ka-kar-mi*, i. q. *καλ-έω*, *cal-are*.

*κί-χρη-μι*, *κι-χρά-ω* (ῐ) mutuum dare. — *κίχρησις* Tzetz., cf. *διδώσω τιθήσομαι*.

*μι-μνή-σκω* R. *μεν μέν-ος me-min-i*.

*μί-μν-ω* i. q. *μέν-ω*, *man-ere*, cf. *μέ-μν-ων· ὄνος* Hes., *μι-μν-άζω* id.

*πῐ-πί-σκω πίσω ἔπῖσα*, R. *πι*.

*πῐ-πρά-σκω* R. *παρ πρα*, *πέρ-νη-μι*, scr. *pâra-jâmi*.

*πί-πτ-ω*, aor. dor. *ἔ-πετ-ον*, part. pr. *πῖπτον* ψ 120, de quo non recte dixit Misteli KZ. 19, 110, cf. p. 329.

*πι-φαύ-σκω* (ῐ), i. e. *πι-φάϝ-σκω*, cf. *φάϝ-ος*.

*πί-φρη-μι* (Arist. hist. an. V p. 5416, 11) = *φέρω*, cf. scr. *bibhar-mi*. Eandem metathesin praebet *ἔκφρηται· ἐκφέρεται* Hesychianum.

*τί-θημι* (ῐ), scr. *da-dhâ-mi*, R. *θε*. — *τιθήσομαι* (Hippocrat.), cf. *διδώσω*, *κίχρησις*.

*τί-τρη-μι*, *τι-τρά-ω* (ῐ), i. q. *τετραίνω* p. 324.

*τῐ-τρώ-σκω*, R. *τορ* (*ἔ-τορ-εν*) = *τρα*.

*τῐ-τύσκομαι* (*τι-τυχ-σκο-μαι*, cf. *ἔ-τυχ-ον*), p. 279 not.

De eis, quae prioris syllabae vocalem productam praebent, mox dicam.

H.

*βα-βύρτας*· ὁ παράμωρος Hes. Lobeckius El. I, 166 recte ntulit cum latino *baburrus* stultus, *baburra* stultitia (Gloss. acidi), *burrae* nugae. Si recte F.[2] 475 stirpem quandam *rso* statuit [cf. *re-burrus* hispidus (ἀνάσιλλος Gloss. Labb.) βέῤῥον· δασύ Hes.] intelligitur, cur prior syllaba α vocam exhibeat.

*δε-δίσκομαι* (ο 150) δει-δίσκομαι salutare, δε-δίσκοι δε-δίσσομαι δει-δίσσομαι terrere, duplicationem praebent rfecto similem; v. p. 300 et cf. τέττιξ: τιτίζω, κέ-σκι-ον σκι.

*κύ-κλ-ος* (i. e. κυ-κυλ-ος), circus, R. κυρ, κυλ C. r. 81, cf. κυρ-τός, κυλ-λός, *cur-vus*. — *κο-κρύνδ-ακοι*· λλοί Hes.? (κυρ : κρυνδ = κυλ : κυλινδ?).

*κύ-κν-ος* (i. e. κυ-κυν-ος), cygnus, R. καν (καν-άζω) r. *kvan* (cf. got. *han-a*, palaeog. *huon*), sonum edere.

*ὀ-αρ-ίζω* confabulari fortasse e ϝα-ϝαρ-ιζω ortum t (R. ϝερ, ἐρ-έ-ω, *ver-bum*, got. *vaur-d*, C. Nr. 493), ϝ tem α consonam mutavit.

---

Pag. 302 monuimus esse voces nonnullas duplicatas, arum prior syllaba ι vocalem productam praebeat: κῖ-ς, πῖ-πί-ζ-ω, τῖ-τί-ζ-ω. Quibus e duplicationis iminutae finibus haec accedunt: ἵ-η-μι, λί-αν (ῐ), μῑ-μέ-ο-μαι, -πτ-ω (ῑ), πι-φαύ-σκω (ῐ), Σί-συφ-ος (Τι-θωνός? Τί-τυρος?). scr. *tap* causat. *tî-tap*, *klîp* causat. *kî-klîp*, *gar* (*gir*, vorare) usat. *gî-gar*, *man* (cogitare, *me-min-i*) *mî-mâṅs-a* philophia, et palaeogerm. *vî-valtrâ*, med. aet. *fî-falter*, *fei-falter* ot. verb. *falthan*, nunc *Falter*); *wî-wint* (i. q. *Wind*) got. *vaian ehen*), ni haec e duplicatione gotica praeteriti simili (**failthrei*, **vaivinds*) orta sunt, cf. p. 306. — Quo studio ι procendi factum est ut ἵημι raro apud Homerum, saepe ud poetas atticos primam syllabam productam praeberet ute Hesiodus sibi concederet th. 209 Titanum nomen a verbo

*τιταίνειν* deducere: *τοὺς δὲ πατὴρ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέεσκε παῖδας νεικείων μέγας Οὐρανὸς, οὓς τέκεν αὐτός· φάσκε δὲ τιταίνοντας ἀτασθαλίῃ μέγα ῥέξαι ἔργον κτλ.*

---

Quibus subjungimus pauca quae e perfectorum stirpibus coorta sunt, vim simul perfectorum retinentia:

*βέ-βη-λος* profanum („betreten"), e *βεβα* perfecti stirpe ortum vi passiva, et *βέβα-ι-ος*, quod esse *παρὰ τὸ βέβηκα* jam intellexit Herodianus ad *E* 64.

*κε-κρύφ-αλος* (*Ψ* 469), quod grammatici antiqui a *κρύπτω* derivant melius quam Lob. El. I, 165 a *κορυφή* (cf. quod idem valet *καλύπτρη*), videtur ad perfectorum intensivorum similitudinem factum esse. De *φ* consona cf. *κρύφ-α* (nam perfecta aspirata ab Homero aliena sunt).

*λελέγια· κόχλακες, ἢ κοχλώδεις τόποι* Hes. conchae coacervatae? *Λέλεγες* fortasse sunt *λελεγμένοι*, selecti vel collecti (*Αἰολεῖς*).

*ἐγρηγορόων ἐγρηγορτί* Hom., *ἐγρήγορσις* Hippocr., *ἐγρηγορικός* Aristot., *ἐγρήγορος* Byz., *-ότως* Plut. *ἐγρηγόρσιος* Pherecr., *-ρησις* Byz. — Etiam e perfectis intensivis (praesentium vi praeditis) nomina nonnulla orta sunt: *κέκραγμα*, *-γμός*, *-κτης* (cf. *κεκραγήσει· κραυγάσει* Hes.), *γεγήθησις*, *πεποίθησις* etc.

## CAPUT II. DE DUPLICATIONE SUFFIXA.

### §. 4. DE DUPLICATIONE INVERSA.

*Ἠρύκ-ακ-ον ἤν-ίπ-απ-ον* aoristorum duplicationem *διπλασιασμὸν κατὰ μέσον* vocat E. M. 431, 54. Cum radicis duplicatae altera syllaba sit levior et attenuata, neque tamen infracta, praestat hoc genus latine dicere suffixum attenuatum vel (cum Lobeckio El. I, 162) inversum. Quod genus a reliquis vocibus duplicatis non prorsus sejunctum est:

εν-δίλ-λ-ω enim (R. δελ) eandem vocalis attenuationem raebet quam scr. *kar-kir* (R. *kar, kir*) *dar-dir* (R. *dar*). raeter aoristos autem illos una tantum vox hanc duplicaonem praebet non dubiam:

*ὀπ-ιπ-ης* (ῑ) (cf. ὀπ-ωπ-ή supra), cujus duplicatio eadem st ac desiderativi sanscr. *at-it-ish-ja-ti* all., quae falso interretatus est Benf. Vollst. Gramm. §. 186. — Quae vox non tat nisi in compositis (*γυναικοπίπης, παιδοπίπης, παρενοπίπης πυῤῥοπίπης*) et in verbo *ὀπ-ιπ-εύω* (-τ-εύω, υτήρ). Ad *πίπας, πιπάω* (Arcad., Hes.) fingenda aditum mposita fortasse praebuere. Vocalis productae rationem 329 exposuimus. — Dubia autem sunt haec:

*ἀτ-ιτ-άλλω*, nutrire, duplicatum *ἀτάλλω*, quod *N* 27 iidem significat *ἐσκίρτα καὶ ἔχαιρεν*, hymn. Merc. 400 item id quod *ἀτιτάλλω*. Id autem redit ad *ἀταλός*, cf. es. op. 131 *παῖς παρὰ μητέρι κεδνῇ ἐτρέφετ' ἀτάλλων*. o autem quod exhibet Hesychius *ἐτίταλλον ἐτρεφον* non dicatur radix *ταλ*, ut vult Hainebachius p. 19, neque nissum est α ad *κωχεύω πιπάω* verborum similitudinem, d *ἠτίταλλον* scribendum est.

*ὀν-ιν-η-μι* (ῐ), juvare, hujus duplicationis esse censuit enfey W. I, 335. Fickius autem[2] 108 statuit radicem *a(n)d*, gaudere, *d* consona amissa vel non accepta: p. 1023 aim et *na-d* et *na-m* (*νέμ-εσθαι*) radices e *na* quadam rofluxisse contendit. At quod ait determinatas esse omnes uae in consonam cadant radices non probavit, nec protulit uo monstraret unius stirpis esse radices illas. Id solum ovimus, radicem *ὀνα* (*ὠνά-μην*) duplicatam esse *ὀνινα* ).[4] p. 715).

Subjungimus aoristos:

*ἠν-ίπ-απ-ον* (ῑ), R. *ἰπ* (C. Nr. 632), *ἴπ-τ-ομαι* ocere, *ἰπ-ό-ω* premere, lat. *ic-o*. Mirae duplicationis causa st quod praeter *ἰπ* radix extabat *jaπ* [*ἰπ* : *jaπ* = *ic-o* : *ic-io*] cf. *ἰάπτω*, unde perspicitur et qui forma illa nasci otuerit (*ἐν-jaπ-απ-ον*) et cur ι vocalis producta sit (cf. *τ-ος, ἐν-ιπ-ή*). — Id quod vocem praecedit *ἐν-* est prae-

positio, quam duplicatam praebet *ἐν-έν-ῑπ-ον*[15]), cf. scr. *âv-avadhîr-am*, aor. verbi *ava-dhîr*, despicere.

*ἠρύκ-ακ-ον* est aoristus verbi *ἐρύκ-ω*, cujus R. *ἐρυ-κ* consona determinativa crevit ex *ἐρυ* (*ἐρύ-ω*). Unde profectum est *ἐρυκ-ακ-εῖν* (cf. *δαι-δύσσεσθαι*, *βα-βύρτας*) posteriore tantum radicis parte repetita, cujus rei alterum exemplum non extat in lingua graeca, multa autem in semiticis (Pott, Doppelung 127): nisi praestat proficisci a R. *ϝερ-κ* determinata, quae *υ* insertum accepit (cf. R. *καλ καλ-ύ-π-τ-ω*).

## §. 5. DE DUPLICATIONE INFRACTA.

A duplicationis inversae paucis exemplis differt alterum genus duplicationis suffixae, quod infractum vocavimus. Extant enim radices nonnullae, velut *gug*, *garg*, quae ab aliis synonymis (*gu, gar*) eo tantum differunt, quod in fine aucta sunt eadem consona quam in initio praebent. Quas puto ita ortas esse, ut radices breviores duplicatae (*gu-gu*, *gar-gar*), postquam in unam quasi novam radicem coaluerint (*gugu*, *gargar*), a fine mutilae evaderent (*gug*, *garg*) eo tempore quo radices ipsae verborum loco usu venire nondum desiverant.

Nam ea quam nuper protulit Windisch KZ. 21, 395 de his vocabulis sententia vereor ut probari possit. Putat enim *garg* (scr. *garǵ*) radicem non prodiisse e *gar-gar*, sed e *gar-ga* : *ga* autem esse radicem primitivam *r* consona determinativa nondum auctam. Similiter *ga-gar* perfectum et perfecta reliqua non attenuatam praebere priorem syllabam, sed non auctam tantum; itaque et *ga-gar* et *gar-ga* esse *ga* et *ga-r* radices *compositas*. Cui rationi ingeniose inventae — si me decet laudare virum praeceptorem — videtur obstare, quod consonae determinativae non fuerunt additamenta omni significandi vi destituta, sed magni

[15]) a quo differt *προπροκυλινδόμενος* χ 221.

in radice *determinanda* momenti: *ga-r* et *ga-d* e *ga* profluae quamvis cognatae, haud quaquam ejusdem potestatis fuerunt. Nec puto auctorem hujus sententiae eo progressurum esse, ut licuisse putet *gar-gad* quoque componendo conjungere (cf. quae de verborum radicibus componendis diximus p. 296). Similiter autem mihi videtur statuendum esse de *ga* et *gar*: radix consona determinativa aucta vim a matre diversam accepit, quare non licuit ambas conjungere ad alterius vim augendam[16]). Qua in re me non fugit interdum satis leve discrimen inter radicem breviorem et ampliorem intercedere.

Priusquam diligentius in eam rem inquisivi persuasum habebam, *πόρ-π-η μορ-μ-ώ γορ-γ-ός* rell., *pal-p-are gre-g-es*[17]) *cir-c-us for-f-ex vol-v-o*, germ. *mal-m-en dul-d-en* eodem fere modo quo *ἐρύκ-ακ-ον* orta esse: studio quodam commoditatis. Sed duo sunt quae mihi ipse objeci. Primum est quod non in lingua Graeca sola, sed in reliquis quoque ejusdem stirpis linguis haec duplicationis ratio invenitur. Quare studium illud duplicationis *indicandae* tantum, quod oriri nequivit nisi inscii fuerunt loquentes propriae duplicationis naturae, in ipsis illis linguis sejunctis ortum esse deberet. Alterum est quod eae radices quae in vocalem exeunt repugnant. **gug-ati* (scr. *gunǵ-ati*, cf. *γογγ-ύζει*) si e **gu-ati* (cf. scr. *gav-ati*, *γο-ᾷ*) ortum esset ejusmodi duplicatione, non intelligeretur qui fieri potuisset ut R. *gug* in lingua graeca et sanscrita nasali intenderetur, vel ut R. *kuk* (i. e. *ku-k*) augeretur (cf. p. 336): *kauk*. Ejus generis radicibus imprimis probatur monas quaedam nova duplicatione orta. Quis autem putet *gu-g* alio modo quam *gar-g* ortum esse? Accedit quod ex hujus generis radicibus prorsus diversa nonnunquam in diversis linguis nomina et verba

---

[16]) Radicis *nam* formae intensivae *nam-na-tê*, *a-nam-na-ta*, quae leguntur in libris Rig-Vedae, videntur e *nam-nam-* ortae esse, cf. *nam-namîti*, *namnamâna* R. V.

[17]) Cf. Varr. L. L. 5, 11: Graguli ab eo quod gregatim est, *ut quidam Graeci greges gergera*, v. p. 291 et cf. scr. *gar-gar-a* = *gur-g-es*.

fluxerunt: scr. *gunǵ-ati*, gr. *γογγ-ύζει*. Quae terminationum diversitas non intelligitur nisi veram quandam radicem *gug* (*gung*) jam indogermanicae linguae fuisse statuimus. Denique lex illa syllabarum servandarum quam linguae primaevae propriam fuisse novimus, videtur non adeo valuisse ut aliam quandam ejusdem linguae legem irritam redderet: ne qua sit radix nisi unius syllabae, qua lege lingua indogermanica imprimis distincta est a multis aliis. Nam postquam loquentes senserunt *gugu gargar* duplicatas (quarum vis aucta fuit et fortasse paullulum mutata, cf. *gar γῆρ-υς*, *garǵ* mugire) novas esse monadas reliquis radicibus similes, eas ita reddiderunt, ut in fine infringerent, in qua parte vocabula indogermanica et crescere et infringi solent. Ceterum sit venia si in eorum quae enumerabo nonnullis nimium videar periclitatus. Nam quamvis parvus sit ejusmodi vocabulorum in lingua graeca numerus, nemo hucusque in ea inquisivit. — Videtur autem concedendum esse, in graeca quoque lingua similia oriri potuisse praesertim e radicibus in vocales exeuntibus (cf. *ἔκιξαν λάλος πῖπος*).

## A.

*βαμβαίνω*. — *βα-βά-ζ-ω* duplicatum, non, ut Fickius vult ex *βαβ* radice ortum esse elucet ex Hipponacteo *ἐμ-βιβάξαντες* (fr. 53 B.). E *ba-ba* autem prodiit *bab*, quam radicem praebet lat. *bab-ulus*, *bab-uris*, et nasali auctam[18]) lit. *bamb-eti* murmurare, et, ut videtur, *βαμβ-αίνειν*. Duarum enim interpretationum quas praebet Hesychius: *τρέμειν τοῖς ποσὶν, ἢ τοὺς ὀδόντας*, altera sola quadrat in Bionis 4, 9: *βαμβαίνει μοι γλῶσσα*, cf. *K* 375 *ὁ δ' ἔστη τάρβησέν τε βαμβαίνων· ἄραβος δὲ διὰ στόμα γίγνετ' ὀδόντων*, ubi recte

---

[18]) Utrum ea ratione quam commemoravi p. 298 nasalis accesserit, an ea quam praebet gr. *ὄμφ-η* coll. *ἔπ-ος*, *στρόμβος στρέφω*, *λύγξ Λυγκεύς λεύσσω*, *ἴαμβος ἰάπτω* all., non habeo qui dijudicem, quamvis posterius veri multo sit similius.

judicavit scholiasta: *οὐκ ἔγκειται τὸ βαίνειν.* — *βαμβ-άλ(λ)ειν· τρέμειν. ψοφεῖν τοῖς χείλεσι. βαμβ-αλύζει (βαμβ-ακύζω* (?) Hipp. fr. 17 Bergk)· *τρέμει. τοὺς ὀδόντας συγκρούει. ῥιγοῖ σφόδρα* Hes. — *βομβ-έω* (onomatopoeia ortum?) huc cum Fickio referre non ausim.

*βαύβυκες.* — *bu* est vocem quandam edere, cf. *βο-ᾶν*, cujus est *βύ-ας, βύ-ζ-α, bû-tio(n)*. E *bu-bu* autem duplicato progressum est *bub*, lat. *bûb-o*, lit. *bub-lys, baub-lys* i. q. butio, et gr. *βαύβ-υκες· πελεκᾶνες* Hes.

*γαγγαίνω* (?). Quamvis radix nulla extet *ga* = ridere vel sonum edere, tamen rad. sanscr. **gaǵ* videtur duplicatione orta esse, cf. radd. *ga-d ga-p ga-r* (F. 1027). Unde *gańǵ-a* contemptus, *gańǵ-ana* spernens, quo redeunt *γαγγ-αίνειν· τὸ μετὰ γέλωτος προσπαίζειν. ἀνα-γαγγ-ανεύουσι· ἀναβοῶσιν* Hes.

*γογγύζω.* — *gu* (*gav-atê*) est rad. sanscrita vocem significans (ved. intens. *gô-gu* praedicare, posterioris linguae *gan-gu*), cf. *γοᾶν*. E qua duplicata *gu-gu* ortum est *gug*, nasali auctum *gung*, scr. *gunǵ* mugire: quam radicem graecum *γογγ-ύζω* praebet e *γυγγ-υζω* dissimilatione ortum, cf. *ὐλ-υλ ὀλ-υλ ὀλ-ολ-ύς ὀλολύζω; ὀτοτοῖ ὀτοτύζω.*

*καγκαλέος* (?). Radicis *ku καϝ* (*καῦ-μα*) antiquior forma *κα* Fickio² 1062 probatur collatis latino *cal-idus* (R. *ca-l*?), got. *heit-o* febris, palaeog. *hizza*, lit. *kait-inu* calefacio (*t* determinat.?); lit. *kur-iù* calefacio, got. *haur-i* carbo (*car-bo* cf. *tur-bo*?). De vocalium vicibus vid. F.² 943. *καγκ-αλέος* autem adjectivi partem priorem esse *καγκ* apparet collatis *πολυ-καγκ-ής* adj. et *καγκ-ομένης· ξηρᾶς* Hes. (v. p. 311). Eodem autem pertinent *κάγκ-ανος* et *καγκ-αίνει· θάλπει. ξηραίνει* Hes. — His quidem non multum proficitur; unum autem liceat monere: ne quis credat *καγκ* e *καγ-καϝ* duplicato et ea quam negamus (p. 309 sqq.) nasali instructo oriri potuisse ad duplicationis infractae similitudinem. Nam qui tale quid fieri posse existimat, fortasse etiam faciet cum Benfejo W. I, 205, qui *πέμπ-ω* sic interpretatus est: *πελ* (*pel-lere*) *πελ-πελ πεμ-πελ πεμ-π* —

*βαμβαίνω*: *βαλ* (*bal-b-us*) *βαλ-βαλ βαμ-βαλ βαμ-β*! Quis autem erit qui credat radicem ita mutilari potuisse (et quam primaevis temporibus!), ut universa ejus natura mutaretur omneque primordii vestigium evanesceret!

*καγχάζω*. — Ejusdem onomatopoeiae cujus *κακκάζειν κακάβη* p. 283 fortasse fuit R. *ka-ka* (ridentis?), e qua *kak* ortum est [ni praestat cum Fickio p. 973 statuere radicem *ka*, quae delitescit in radicibus *ka-n* (*καν-άζω κόν-αβος can-o*, scr. *kan-kanî* tintinnabulum; cf. *ga gan*) et *ka-t* (scr. *katth-atê* = *κωτ-ίλλειν*, F². 29)]. E *kak* autem aspiratione prodiit et scr. *kakkh-a-ti*, lat. *cach-innari* et graec. *καχ-ασμός* Ar. Nub. 1073, *κακχ-άζει· ἀτάκτως γελᾷ, καχνάζει· κακχ-άζει* Hes., unde *καγχ-άζειν* nasalis metathesi. — Eodem redeunt *καγχ-ᾶται· γελᾷ ἀτάκτως* et *καγχ-αλᾶν· χαίρειν, γελᾶν* Hes., quae nasalem insertam acceperunt.

*καυκαλίας*. — Radicem *ku* (*κυ*) nobis suppeditavit *κω-κύ-ω* p. 301; e *ku-ku* autem ortum est *kuk*, scr. *kuk kâuk-ati* sonum edere, lit. *kauk-ti* ululare. Eodem refero id quod Hesychius praebet *κυκ-ῶν· ταράσσων, ἀναζέων. θρηνῶν* et *κυκ-οῦντος· θρηνοῦντος*. Praeterea autem ejusdem radicis est lit. *kauk-alė*, avis quaedam (F.² 47). Quod cum ortum sit e **kauk-alja*, prorsus idem est ac *καυκ-αλίας· ὄρνις ποιός* Hes. — Etiam scr. *kôk-ilas*, cuculus, huc spectat, a qua voce tamen non recedunt quae contulimus p. 284. — (*καυχ-άομαι* cf. palaeog. *huoh-on*, nunc *höhnen*? F. l. l.)

*κήξ εἰναλίη* (cornix marina) *ο* 479 non e *κῆυξ* contractum est, sed videtur potius cum *kâ-ka* cornicis nomine sanscrito conferendum esse, cf. *κακκάζω* p. 283.

*ἔκιξαν*. — Radicis *ki* (*κί-ω κί-νυ-ται* = scr. *çi-nu-tê*, lat. *ci-tus*), ire, duplicatione prodiit *κικ*, cujus vis est causativa (depulerunt) apud Aristoph. Ach. 869: *τἄνθεια τᾶς γλάχωνος ἀπέκιξαν χαμαί*, et Anthol. 14, 27 in carmine dorico: *ἔκιξε* (*τὸ ᾠὸν*) *φῦλ' ἐς βροτῶν*. De *ἐπικίκοι δραμέσι* Simonideo (?) (Anecd. Oxon. III, 254) cf. Buttm. Gramm. I², 193 not. *κίξαντες· ἐλθόντες. πορευθέντες* Hes. videtur eodem pertinere.

*λάλος.* — Syllaba *la* repetita garruli vel balbutientis vocem (scr. *lalallâ*) imitamur. Quod *lala* exhibet *λαλά-ζ-ω*, *lallâ-re* et reliqua quae attulimus p. 285. Unde fluxit *λαλ*, cf. *λάλ-ος*, *λαλ-εῖν*, lit. *lal-óti*, germ. *lall-en*.

*πῖπος.* — p. 286 collatis *σπί-ζ-ω σπί-νος* et *πῑ-πί-ζ-ω pî-pi-are pî-pi-o(n)*, scr. *pi-(p)pî-ka* (de prioris syllabae vocali producta cf. p. 329) radicem statuimus duplicatam *πι-πι*. Brevior autem ejus forma est *πῖπ*, cujus sunt *πῖπ-ος*, *πίπ-ρα* (ἡ, cf. *αἰσχ-ρό-ς ψυχ-ρό-ς*), *πιπ-ώ*, *πιπ-αλίς* (i. q. *χαλκίς* Hes.), *πιφ-αλλίς· ἡ πίφ-ιγξ* Hes., e latinis autem *pip-are*, *pip-ilare*, *pip-ulus*; lit. *pĕp-ala* coturnix, scr. *pipp-aka pipp-ala* avium nomina.

*πυππ-άζειν* est edere vocem *πυπ* (*πύππ-αξ*), quam liceat in duplicatis referre collato *ποππύ-ζ-ειν* p. 286.

*τιτθός.* — E radice *dha*, felare (*θῆ-σθαι*, *θῆ-λυς*, *fe-lare*, *fe-mina*) prodiit *dhadh*, *dadh*, cf. scr. *dadh-i*, *dadh-an* (*dadha-n*? cf. boruss. *dadan*, F.² 98) *lac*, *τήθ-η* avia, *τηθ-ίς* matertera, *τίτθ-ος* mamma, *τίτθ-η* nutrix, quorum varias terminationes non habent qui interpretentur qui duplicationem praefixam statuunt (C. Nr. 307). Antiquissimam autem formam *dhadh* servavit lingua gotica ut semper: *dadd-jan* felare. Etiam *τιθός τιθ-ασός*, cicur, huc pertinent[19].

*φέβ-ομαι.* — Collatis scr. *bi-bhê-mi* et palaeog. *bi-bê-n bi-bi-nôn* radicem duplicatam reperimus *bhi-bhi* timere (scr. *bhi* timere, *bhaj-as* timor). Quare G. Curtius Gr. Nr. 409 suspicatus est *φέβ-ομαι* e *φε-βι-ο-μαι* ortum esse dissimilata aspirata altera prius quam aspiratae tenues ortae sint (cf. *φέρβω* infra et p. 319). Sed restant impedimenta duo: alterum quod statuitur radicis *bhi* vocalem evanuisse relicta vocali ad perfectorum (*δείδω* i. e. *δεδιω*, *κέ-σκιον*) ritum attenuata (scr. *ba-bhûv-a πε-φυ-α*), natura autem radicis prorsus deleta, alterum quod ea vocalis at-

---

[19]) Similiter e rad. *dhu* (*θύω*) prodiit *dudh*, quod praebent sanscrita *dudh-i dudh-ra* ferox, *dudh-ita dodh-at* part.

tenuata rursus augetur: *φόβ-ος, φοβ-έω, φοβ-ερός*. Quam ob rem fortasse praestat Fickii (p. 974. 1075) sententiam amplecti antiquiorem radicis formam *bha* statuentis (cf. scr. causat. *bhâ-payâmi* et quae ille p. 946 sqq. exposuit). Qua in re ni falsus est, optime intelligitur origo radicis *φαβ*, ad quam redit *φάψ* (*φᾰβ*) palumbes (cf. *τρήρων* et *πολυτρήρων*) et *φάβα· μέγας φόβος* Hes.

B.

Addimus radices quae in consonas exeunt, omittemus autem voces omnes, de quarum origine nihil omnino elucet, velut *βαλβ-ίς, βάρβ-ιτον, γελγ-ίς, γύργ-αθος* etc.

*βλαβ-υρία*. — i. q. *βαρ-βαρ-ίζειν* p. 290 est *βαρ-β-ακ-ίζειν* (utroque verbo E. M. interpretatur *βαρκά-ζειν* glossam), radix autem duplicata mutila, cf. lat. *bal-b-us*, unde metathesi lit. **bleb-eris* et gr. *βλαβ-υρίαν· εἰκαιολογίαν* Hes.

*βολ-β-ός* ejusdem radicis est cujus lett. *bum-bul-s*, lat. *bul-b-us*, quam simplicem servavit palaeog. *polla*, med. aet. *bolle*, angl. *bowl*.

*βόλ-β-ιτον*, stercus boum, quo Phrynichus p. 357 Lob. *βόλιτον εὐδοκιμώτερον* esse dicit, cum apud scriptores nonnullos (Theophr., Hippocr., all., cf. Lob. l. l.) legatur dubium esse nequit. Nec peccavit Benf. W. II, 304 *βολβός* conferendo.

*γοργ-ός*, formidolosus, quamvis R. *γοργ-γορ* requiratur, tamen quin item ac *μορ-μ-ώ* (infra) duplicatum sit non dubito. Quod idem censuit F.[2] 60, eo tamen, ut videtur, a vero devius, quod scr. *garǵ* mugire cum illo comparavit. Haec enim radix eodem modo duplicata (v. *γαρ-γαρ-ής* p. 291) significatione prorsus discrepat, cum voci graecae nihil sit cum clamore: *γοργὸς ἰδεῖν, γοργὸν βλέπειν, ἵππος γοργούμενος* (ardens), *γοργόλοφος* rell., praesertim autem ipsa *Γοργὼ βλοσυρῶπις Λ* 36, *Γοργοῦς ὄμματα Θ* 349, *Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου Ε* 741.

*Δάρ-δ-ανος* (?), Iove genitus, a quo Hector genus duxit, cujus nomen fuit *Δαρεῖος* Hesychio teste: *Δαρεῖος ὑπὸ Περσῶν ὁ φρόνιμος, ὑπὸ δὲ Φρυγῶν Ἕκτωρ.* Nomen non graecum huc non rettulissem ni eadem radix extare videretur in lingua graeca (cf. *Δάρ-ης* Tros et Phryx): *Δέρ-δ-ας* Macedo Arrhidaei filius (R. zend. *dar* tenere, tueri).

*δαρ-δ-ῶσαι* (?)· *ῥῖψαι* (*ῥῆξαι*?), *σπαράξαι, ταράξαι* Hes. si mendo caret, videtur esse radicis *dar-dar*, de qua diximus s. v. *δαρδάπτω* supra (p. 296).

*Ἑλ-ύ-ω* in praestantissimis hujus duplicationis exemplis est. R. enim est *ϝελ*, scr. *var*, unde *var-v*, *var-u* duplicatione infracta, quam jam vidit Buttm. Lexil. II², 147 not. Cf. lat. *vol-v-o*, *vol-u-tare*, *vol-u-men*, got. *val-v-jan* = *ϝελ-ύ-ω*; scr. *var-u-tram* = *ϝέλ-υ-τρον*. E digammate etiam verborum *ἀλ-ο-άω ὀλ-ο-οί-τροχος* media *o* vocalis orta est, quae illi simillimum sonat sequentibus vocalibus: *Κόιντος Ὀαλέριος*.

*καρ-κ-ίνος*. — De radice *καρ* (durum esse, cf. *κάρ-νον*, *car-ina*, *κάρκαρος κάρχαρος* p. 291) supra diximus. Quam duplicatam praebent etiam scr. *kar-k-a* cancer, *κάρ-χ-αι· καρ-κ-ίνοι. καὶ* (*κ*)*όχλοι. Σικελοί καρ-χ-ῶδες· τραχύ. κέρ-χ-ανα ἢ κερ-χ-άνεα* (?)· *ὀστέα. καὶ ῥίζαι ὀδόντων* (cf. *κάρχαρ-οι· οἱ ἔσχατοι ὀδόντες, τραχεῖς τε καὶ ὀξεῖς*) Hes. — *κέρ-χ-νος* durus, duritas, *κέρ-χ-νω* i. q. *τραχύνω*. — Fortasse *καρχ-αλέος* quoque (p. 291) melius huc rettulissem.

*κίρ-κ-ος*. — Radicis *κυρ*, *κυλ*, cujus *κύκλος* p. 329, antiquiorem formam *καρ καλ* praebet *καλ-ινδέω*, scr. *ka-kr-a* circus. Praeterea autem radix quaedam *krak*, nasali aucta *krank* elucet ex his: scr. *çṛnkh-ala* cingulum, catena, ags. *hlenc-a*, palaeoscand. *hleck-r* catena (cf. tamen ags. *hlanc* macer), palaeoslov. *krąg-u* circus (F.² 48): nasalis enim effecit ut consona tenuis in mediam mutaretur (cf. *patere*: *pandere*); cf. lat. *cling-ere* cingere Fest., palaeog. *hrinc*, *hring*, quam ob causam lingua recens quoque mediam consonam servavit: *ring*, *kring-el*. Eodem autem refero *κρίκ-ος* et

*κίρκ-ος*, cf. Hes. *κρίκος· κίρκος* et *κίρκοι· κρίκοι. ἁρπάγαι. καὶ πάντα τὰ ἐπικαμπῆ κίρκοι λέγονται*, cf. *κρίκ-α· κρίκον* id. (nom. *κρίξ*?), nec non lat. *cir-c-us* et *κέρ-κ-ος* cauda. Quibus omnibus statuimus radicem *kar-k*, *kra-k* duplicatam: nam quamquam *ka* suffixum esse potest in vocibus graecis et latinis (praeter *cling-ere*), tamen ita tantum intelligitur quae ratio intercedat inter voces graecas et germanicas.

*κολοκ-ύντη*. — Nomen quoddam *kalk-a* „Wulst" statuit Fickius „Die Indogermanen Europa's" p. 78, collatis lat. *culc-ita*, lit. *kulk-à* globus, scr. *kûrk-a* fasciculus, culcita; eodem optime quadrat *κολοκύντη*, cucurbita, et si statuimus radicem *kar*, *kal* rotundum esse (scr. *ḱakra* rota, *κύ-κλ-ος*), etiam palaeoslov. *po-klęc-ati* curvari (F. ib. 230).

*κολοσσός*. — Inter eam radicem *κολ*, quam praebent *κολ-ωνός κολ-οφών* — *κορ-υφή*, lat. *cel-sus ex-cel-lo col-umna cul-men col-lis* et *κολοσσός* rationem quandam intercedere suspicatus est C. Grundz.[4] 152. Quam rationem fortasse duplicatio praebet: *kark* enim radix cognoscitur collatis reliquis quae huc redeunt: scr. *karç* macrescere, *kṛç-as* macer, gracilis, priscae linguae (Fest.) *crac-entes* graciles (quod idem e *crac-* ortum est), ags. *hlanc* gracilis, macer, graec. *κολεκ-άνος*, *κολοκ-άνος* macer (*κολοσσός* = *κολοκ-jος*). De ea quam radix graeca praebet vocali inserta cf. C. Grundz.[4] 720. — Utrum *κρόσσαι* sint *ἄκραι*, *στεφάναι τῶν πύργων* an *κλίμακες* (quod voluit Aristarchus, cf. Lehrs[2] 225) non dijudico[20]): utraque autem vis una cum forma huc optime quadrat. — Cf. *κολοκ-ώνας· τὰς βαλβῖδάς τινες* Hes.

*κρίκε* (— *δὲ ζυγὸν Π* 480) qui ortum sit e *κρίζω* ut volunt lexicographi non perspicitur. Videtur autem res expediri hunc in modum. *kar* (*kal*) radicem complures linguae praebent: scr. *ḱa-kar-mi* laudo, *καλ-έω*, *cal-are*, pal.-germ.

---

[20]) Videtur autem elucere ex Herodot. 2, 125, ubi *στεφάνας* solas intelligere licet.

